






Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
2218 D 18 [1]





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
2218 D 18 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
2218 D 18 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
2218 D 18 [1]

HADRIANI BEVERLANDI  
JUSTINIANÆI

de Stolatz

VIRGINITATIS

JURE

LUCUBRATIO  
ACADEMICA.

*Nuda recede Venus : non est tuus iste Libellus ;  
Tu mihi, tu Pallas Casariana veni.*



LUGDUNI in BATAVIS,  
Typis JOANNIS LINDANI.  
clb Is c lxxx.

PRÆVARICATORIBUS

Bonam mentem P.

AUCTOR.

Cœperam hæc scribere, sed operis arrepti fasce perspecto tæduit inchoatum, quia actum agere, vel minus etiam agere, quam actum esset, videbar. Nympharum templis destinaveram hæc tropica, nisi ea submergi interdixisset Mattiaca pubes, forsitan putavit omnia mea lepidæ Eutrapeliæ vel rancidulæ saltem urbanitatis aliquid subolere. Sed deceptos se videbunt, qui hucusque Sotadæ prætextatis & pathicissimis Aretini schedulis labra sua lenivere. Nullæ hic nudæ Summœniæ publico circo devotæ victimæ, nec inter titulos furtim conspatiantes Laidæ aut Thaidæ personam suam agunt: verum castissimæ Lucretiæ, vittatæ puellæ, matronæque stolatæ sacro connubii nexu se devinciunt. Falleris Deipnosophista si quid sinistra omineris, aut rabidam *ὀρέξῃ* feceris.

— *Procul hinc, procul inde puella*

*Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.*

Hæc pauca te latere nolui. Lector, Præfamur & veniam si feriatas affatim tuarum aurium sedes lepido quolibet fufurro non permulserim, interimque quid exotici atque forensis rudis locutor offenderim. veniam pro laude.

— — — — *Laudatus abunde*

*Non fastiditus si tibi, Lector, ero.*

KONINKLIJKE

BIJBLIOTHEEK



MAGNO INCLYTOQUE  
VIRO  
DOMINO  
D<sup>o</sup>. ULRICO  
HUBERO  
SENATORIS CLARITUDINE  
TOGÆQUE PRÆCONIIS  
CONSPICUO  
ADRIANUS BEVERLANT

S. P. D.

**S**ic fuit in fatis, Vir illustris, ut  
ad majora illustrium augurio-  
rum incrementa natum, per le-  
gitima anabathra ad honorum  
insignia, sine ullo ambitu, aut suffragiorum  
obscæna contesseratione, adspirantem, eorum-  
que labara & hederas obtinentem, non solum  
orthurnatæ exedræ Præsulem umbraticus

A 2

Stu-

EPISTOLA

*Studiosus, sed & Curiae splendorem pragmaticus veneraretur Jurisperitus; Teque post trieteridis intervallum Patronum, Praeceptorem pariter ac Judicem votivis oblati impendii symbolis, grati discipuli & clientis characteribus, agnoscerem.*

*Dii majorum umbris tenuem, & f  
pondere terram,*

*Spirantesque crocos, & in urna p  
petuum ver,*

*Qui Praeceptorem sancti voluere p  
rentis*

*Esse loco.*

*Juris solidi haec primordia, lubrico & j  
tali septuagesimo secundo hujus seculi an  
compilata, quibus Tricis Apinisque per cor  
militones perire non licuit, cui debere  
tur? nisi ei, sub quo adolevi, cujusque co  
siliis ad spem majoris eruditionis mea stud  
adaptavi. Te, Heros, Wissenbachiae erud  
tionis gloriaeque genuinum heredem ac succe*

*si*

## DEDICATORIA.

rem, penes quem totius Europæ Publici & Privati juris residet principatus, quem ipsa hemis non quinta nectaris sui parte, sed totam omni ambrosia perfudisse videatur, Te, quam, Mæcenas venerande, unicum studiorum meorum promum condum altoremque acero corde, laude, honore & pulvinariis aris macto. Quas in jure Lucubrations meditabar, eæ non nisi tuo nomini, tuo numini, inquam, erant mancipandæ, ve te ornamentum fori, sive honorandum vergeten reputem, confidens non è sublimi stigio umbraticas has despecturum controversiarum & clausularum hamosas scintillas, eas si ex asse discingas, ridebis plures, plumas culpabis. Blandientis eloquii melos de audibus meis mentiri poterit, si crocitantium furros fallere velis. Suscipe lubens gratitudinis haud intermorituræ τεχμηριον, quo aut Xenocraticas aut potius Cynulcas trochaica arrulitate suspensas, fragoribus intonituras

## EPISTOLA

componere posses. Non minus laudi fertur, juvenem de palæstra publici examinis repetare suffragia, quam senilem arrogantiam propriis logis tumescentem, suffenum potius quam facetum aut modestum reputari. Si in tuo conflictu super amore certandum est, tandem beneficium, quod pro palare dissimulans ad obedientiam prona teneritudo, diutius detrectare negligentia non passa fuit, ne osequii gloria illustrem Amplitudinis tuae auctoritatem demerendi necessitatem subterfugere videretur. Sera gratulatio reprehensio non solet, præsertim si nulla negligentia pretermissa sit. Quapropter culpam deprecatem, quam admittentem, ut compos spei tute ad inviolabile puteal properare audeam, aspernetur comitas tua. Precor ut moram confesso veniæ clementis indultu placatus impertias, ut meæ culpæ defensio potius tibi scripta feratur, quam satisfactio. Cum studiis consuetis frequentarem & institutione tua

DEDICATORIA.

*cida & mellea explicatione propositioni-*  
*is acri, irrigarer, Libros de Jure Civitatis*  
*ibi, cum cæteris commilitonibus, (inter quos*  
*nbra & animula mea Nobilissimus Heros*  
*l. Gellius à Jongestal, patriciæ partis præ-*  
*rogativa comitiorum facile princeps) aliisque*  
*iusarum arcanis devotis inscripsisti. Ne ob-*  
*vionis æternæ tumulo sordescentem, tanti-*  
*ne beneficii immemorem proquireret socor-*  
*ia, ex ἀντίδωρα remunerandi in Calendario*  
*dmonuit otiosa vacatio. Non equidem ut*  
*eneficiis tecum, Togate flamen, coruscanti-*  
*us Curialis purpuræ præconiis præeminens,*  
*um esuriente isto Græculo, qui Augusto sa-*  
*tinctas exhibens schedulas, paribus mox*  
*pidis identidem retaliatus eclogis demissa*  
*izonam manu chalcos æreolosque inde ex-*  
*rabens, hisce mellitis, ast fucatis emendi-*  
*atisque verborum globulis obtulerat, &*  
*απα' τόχλω πλω σιω' σεβαστῆ, εἰ πλεῖον εἰ-*  
*ρον πλεῖον ἐδίδαν, certare instituam; Ve-*

EPISTOLA

rum ut hoc suffitu Lucubrationi meæ decus  
 auctoritas accedat, & spectabilis tui nomi  
 frontispicio & Senatoris velis adfixis præ  
 ria mea tutentur. Hoc juvenile laborum præ  
 mium audaci voto ei rependi, cuius con  
 bernio me meaque debeo. A genitoribus vi  
 à te vivendi ratio. Vita sine literis mor  
 Per te virtutum exempla peto, amplissimi  
 dinis Præsul, à cuius laudum & gloriæ  
 splendore præcordia sua vel æmuli vel ze  
 typhi fœnerari non diffitentur. Tanta erat a  
 ditorum tuorum turba, ut unius cathedræ  
 numerosissimos candidatos nec parietes re  
 pere potuissent. Ubi materiæ sterilis arg  
 mentum, velut arida cespitis macri gleba j  
 junat, ibi blandientis eloquii melos mellifi  
 rore mellificabat cuncta, ita ut repentin  
 explicationes non raucus plosor, sed fringu  
 tiens fautor basis exciperet. Gravia mati  
 rè, profunda solidè, dubia constanter, argi  
 menta disputatoriè, quædam severè, qua  
 dan

## DEDICATORIA.

am blandè , cuncta moraliter impertiebaris.  
erte non facile à multorum annorum memo-  
ia tantam rationem & intelligentiam cujus-  
ue disciplinæ cum elegantiori eruditione &  
disciplina conjunctam stupuit & Pallas &  
Themis. Quid multis omnia decora & insi-  
gnia , quibus Academiæ dignitas , & Senatus  
uctoritas eminere possent , precariis adorna-  
rem elogiis ? Viri talis ac tanti mores , me-  
rita , & virtutes crebris affatis commemorare  
frustra nitor ?

Non mihi subtilem calamum si cedat  
Apelles,  
Quæ tibi sunt dotes , posse notare pu-  
tem.

Phaleratis itaque parcam urbanitatis lepori-  
bus , ne maximi viri famæ apicem , omnes  
omnium nationum rivales in admirationem  
sui convertentem , æternitati devotum titioni-  
bus enervis mortuisque depingens glossariis ,  
insani & inficeti brabeum reportasse videar.

EPISTOLA

Lectitandis Digressionibus tuis voluptuosam  
 impendimus patientiam. Maeste industria  
 custos legum severissime, ut tandem consum-  
 matissimis lucubrationibus tuis fœdissima tor-  
 pescentium Dupondiorum barbaries dissipetur.  
 Stagnantis cordis amurcam, internecioni dam-  
 natam non aniles Sophistarum nugæ, non in-  
 ficetiarum tumor, non vanissimus sententia-  
 rum strepitus, non macra definitionum divi-  
 sionumque ossilegia perennem mastum reddi-  
 dere, sed in acroasi stupenda togæ verba, ve-  
 teri facundiæ adæquata, venustioris eloquen-  
 tiæ nitore præfulgida, prodigioso Oratorum,  
 Poëtarum & Historicorum laserpitio, cujus  
 maspeto undique campus noster Elysus, hor-  
 tique pensiles vigent, ferruminata & aures  
 & animas, oculos & corda rapiebant. In-  
 stitutionum & Pandectarum indices, custos  
 legum severissime, nudius septimus propinasti,  
 utinam eas elucubratas, & humanioribus

po-



## DEDICATORIA.

olitoris amœnitatis digressionibus perpoli-  
is liguriendi copiam dares, tum utriusque  
udii genium & pondus suum conciperent re-  
ertissimæ Veterum Jurisperitorum regulæ, &  
os, dissipata caligine, quæsitam in umbra &  
tio jurisprudentiam exercitatione Hymettii  
nellis Attica confirmaremus. Nuper docendi,  
rogatæ militiæ Princeps, & scribendi labo-  
re alternans nomen indelebile obtinuisti, nunc  
dulce præsidium reis & intricatis clientibus  
solamen affabile, decernendi, rescribendi,  
edicendi & suadendi affabilitate & aucto-  
ritate, pro æterno Reipublicæ emolumento  
excubans Patricio honore decorasti familiam:  
Σπίγταν, quæ prius tibi obtigit, noli deserere,  
sed sepositis rabularum libellis ad amœniora  
subinde mellimela confugito. Satis ad dandas  
vires in Romanum puteal is potest, cujus  
abortus oculos auresque nostras morati hucus-  
que sunt: tum constans sapientum sententia in-

nu-

EPIST. DEDICAT.

numeris per æviternum vitæ curriculum laudibus te ornabit, merita non alia, post fata pollicebitur, quam quæ eminentem ambiun & prensant virtutem. Certe justa parenti præmia deberi forti & mimime degeneri Filio nunquam non affirmabit consona Procerum vox. Quod superest Deum posco, ut filius patris hederas consequatur, & Huberi titulis ampliatus, scribendi rubiginem summoveere haud formidet. Te incolumem diutissime foveat & conservet Deus Opt. Max. & si longiorem vitæ usuram cælestis tibi nutus largiatur, majorem observantiæ meæ obsidem, grati animi pignus & laboris tui messem polliceor, si cedas ut farre litem. Hagæ Comitum  
c l o l o c l x x i x . a . d . x v i i i . Quintil.

HA-

HADRIANI BEVERLANDI

JUSTINIANÆI

de Stolatæ

VIRGINITATIS

7 U R E

LUCUBRATIO

ACADEMICA.



Nondum omnis rauce cor-  
tis ales erexerat pennas,  
nondum in media aqua om-  
ne squammigerum genus  
comparem suum noverat, nondum  
omnis canis, cum cane nexa, hæserat  
adulterio, nondum cunctus anima-  
lium grex pressulum truserat, cum  
Protoparens obliquo collo ad deli-  
catulas hinnientium vocolas tentaret  
adhinnire. Pace tua liceat dixisse, pri-  
ma omnium mulier pudicitiam perdi-  
disti. Hæc ergo quum virum decepif-  
set, non contenta scintillas rami vir-

ga

2 HADR. BEVERLANDUS

ga & mali liquore esse sopitas, sed F.  
radiso extorris, *pellitaque metallo da*

*Tertull. de  
Pallio.*

ærumnas prosequens crinibus, & n.  
datum pectus in conspectu Creator

plangens, extra Hesperidum horte

etiam profecuta est pœnæ servur

Adsidebat ægræ fidissimus maritu

simulque & lacrymas commodab

lugenti, donec vitio gentis human

nota consolatione humanæ satieta

satisfaceret. Licet legitimum thorum

per modum pœnæ largitus esset Crea

tor, tamen nulla nascitur Evæ nepti

tam pudica, quæ non ex asse ad profun

ditatem interfemini hæres, peregrina

libidine usque ad furorem avertetur

Recentem cicatricem rescidere multæ,

quarum nomina, in Genealogicis mon

strofa, caliginosa nocte premit vates

Sacer. Ne tragædias veteres curem,

aut nomina seculis nota in partes ci

tem, religiosa fide totum mortalium

cœtum ad testimonia proquiritare

haud erubescō;

*Leges si  
Venus &  
Charites  
velint, li-  
bros de  
Prostitui-  
lis Vete-  
rum.*

*Juvenal.*

*Nam quis*

*Peccandi finem posuit sibi, quando recepit,*

*Eje-*

*Ejectum semel attrita de fronte pudorem?*

annientes neptes ac sorores, ut maioribus cruciatuum pœnis obnoxia, a & huic tristitiæ duplici dulcedinis sura succurrit Siren. Quapropter scælie & porrigine illa, ultra belluarum raiem furiente, gravatæ ad vitiorum farinae fortiores sunt viris. Jacet protrata ante τ κλινοπαλῆς crypta libidibus evigorata pubes, prius rogare, quam sollicitari, crebrius petere quam peti.

*Reminiscere decantatissimi illius Credo apud Satyricum.*

*- Casta est quam nemo rogavit, Ovid.*

*Aut si rusticitas non vetat, ipsa rogat.*

*Tanquam fas non sit, tanquam sit turpe negare,*

*Tanquam non liceat, nulla puella negat.*

Quicquid agunt, cogitant, coquunt, somniant, aut precantur, tendit omne ad efferatam libidinem, ab Eva concitatam, haud tralatitia voluptate sedandam. Hinc dura amant brachia, validos lacertos, planos humeros, patulas manus ac bilibres testes, ingens pondus, validasque depereunt concussio-

*Petron.* fiones. Quo enim spectant flexæ pedum  
 comæ? quo facies medicamine attrita  
 oculorum quoque mobilis petulantia? et  
 incessus tute compositus: quo vestigia  
 dum extra mensuram aberrantia, in  
 quod formam prostituunt ut vendant. Si  
 quod humanius est, commodant, ut  
 neficium accipiant. Prodigia rerum  
 luxurie equidem periclitantur delicia  
 tulæ, saltus & insulam tenera fert cery  
 uno lino decies sestertium inseritur  
 sed animum nunc huc, nunc illuc di  
 dunt, nec quicquam aliud in hac amb  
 tione captant, nisi tantum ne esu  
 rent. Noces facile relinquunt, ut A  
 glis citrea, Arethusæ limonia, He  
 perthusæ aurantia, de quibus Hiero  
 glyphicorum ignari hucusque ingenio  
 se litigarunt, comedere possint. Sic  
 ut muta animalia cibo inescantur, si  
 puellæ non caperentur spe, nisi qual  
 dam insidias oculis fecerint, nisi tan  
 quam piscatores, eam imposuerint ha  
 mis escam, quam scierint appetituro  
 esse pisciculos. Spes quoque suas su  
 perbiæ donant, deinde quum ad vota  
 pro-

properant sibi adhuc nascentibus induunt meretricium fractumque habitum. Libidinosa palpitante corde puella (pene nomen adjeci) solet venire in templum & properare ad aras! quibus gemitibus, proh fides! quibus nutibus marcidisque, pupillas invertentibus, oculis, nec non semiadapertulo pectore Juventutis florem inquinat! pruriosa apud Christianos discedit. Gentilium catablepæ non in lupanaribus, sed in spurcorum Deorum delubris & cristam Sacerdoti, & lumbos Initiato præbet.

*Nam quo non prostat fœmina templo!*  
In Cereris sacris, castissimis alioquin, meretrices, umbellis probra tegentes, obtutu Religionis prostituebant pudicitiam:

*Faucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ.*

Sacerdotes muliebrem naturam exhibebant testibus Theodoreto & Athenæo, si fides Tertulliano ac Pierio virilis membri imaginem in his orgiis celari cognoscemus. Eleusinia hæc

B

non

6 HADR. BEVERLANDUS  
non caruisse nefariarum libidinum sus-  
picione indicat Gregorius Nazianze-  
nus. Bonæ Deæ Sacra solis mulieri-  
bus devota (viri & quicquid omnino  
masculum, etiam mures opici ad  
exterminabantur) precario pertudi-  
muto tentus, & hanc pudicitia Dean  
longis feminis siphonibus implevi  
muliebris cubus. Oscilla ex floribus  
compacta arboribus suspendebant,  
phallos collo, fascinos pectori affige-  
bant. Simulachris Deorum, hominum  
statuis, pudendorum imaginibus, in  
delubris & triviis obviis, vulnera in-  
fligebant muccida.

*Prudent.  
contra Sym-  
machum.*

*Ecce Deum in numero formatus & æ-  
neus adstat*

*Turpiter adfixo pudcat quem visere  
ramo.*

Ita antiquus libidinis impostor, primo  
rem interdictam persuasit fore lici-  
tam, (punita libidine gliscit magis ma-  
gisque Veneris auctoritas), mortales  
itaque (cum legitimum thorum per-  
modum pœnæ largitus esset Deus) ad  
incestas nefariasque commixtiones  
per-



perduxit, mox natos sibi maſtari vo-  
luit. Quin ſtatuum ejus ſarriri ſub  
Airci ſimulachro perſuadebat

*Psalm. 16.*  
4.

*Talia ſecreta coluerunt orgia tæda* *Jurmenah.*

*Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto.*  
Arborem, in virilem formam dedo-  
latam exaſciatamque, ex ficu apud  
Theocritum factam, eique haud incon-  
cinnum florem adſutum, pede mero  
nudisque inguinibus veneratæ ſunt.

*Cingit inaurata penem tibi ſancte co-  
ronam.*

*Hunc pathicæ ſummi numinis inſtar  
habent.*

Ab ejus ſmerdalea trabe fodebantur,  
& novæ nuptæ Mutinum inequita-  
bant, quæ latius in nupto opere caſte  
proſecutus ſum, ibique Baalpehorem  
Moabitarum eundem eſſe ac Mutinum  
Romanorum ex ipſa elicitur hiſtoria.

*Nec fuge Niliginæ Memphitica templa  
juvencæ*

*Multas illa facit, quod fuit ipſa Jovi.*

Mulieris Barathrum fundi noſtri cala-  
mitatem primam, Judæis & Gentili-  
bus minime ignotam cognoſces. Fuit

*Eccles. 7.*  
*§. 27.*

*Deut. 17.*  
*7. 8.*

ab initio omnis mali vipera mulier,  
eritque ad finem mundi. Deus iussit  
uxorem, quæ ad idololatriam speciosi  
cultus obtentu hominem pelliceret,  
morte piari, ejusque Deo immolari  
præcepit. Plurimæ ingenito placitoque  
scelere pollutæ infanda probrosaque  
ediderunt, quæ ut hic aliena, ita &  
intacta relinquam, ut tutam silentii  
mercedem potius, quam fatale lubrici  
styli odium sectari censear. Nec va-  
cat p̄foram fricando cum ventis liti-  
gare, ut Theologus & Jurisperitus, qui  
sententiarum congerie ex corpore Ci-  
vili & Canonico deprompta, *Mortem*  
omnibus communem esse,

*Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis*  
*egentem,*  
improbo labore acrique motu proba-  
re satagunt: prodigi foret otii, rem  
longæva jam seculorum præscriptione  
confirmatam, classicorum auctorum  
calculo approbatam, argumentorum  
tumore exaggerare. Ita tamen ut Mu-  
lierem, libidinem ipsam in sepulchro  
prurientem etiamnum exarsuram, si  
fer-

ferrum videret, facile confidam. Et quis justa non indignatione in muliebrem levitatem jactaret opprobria? Ne me putes ultionis causa hanc provinciam adortum, facilitate tenuioris sexus, Evæ urtica ferruminati magis commoveor, quam injuria mea. Ut scias verum esse, quod dico, ecce (pace vestra, salvum sit quod tango) periclitantium Advocatus iram etiam osculo finio.

*Optabam certe recipi; sum nempe receptus*

*Oscula ferre, tuli: proximus ipse fui.  
Implicuit suos circum mea colla lacertos  
Et quæ me perdunt, oscula mille dedit.*

*Quas mihi blanditias, quam dulcia verba parabat!*

*Oscula (Dii magni!) qualia quotque dabat!*

Ex osculo pendent & occurfantis linguæ illifū adhærent & matronæ & matresfamilias, pupæ & virgines. Si tamen crudelem fucatamque Tisiphonem, quæ urbanitatem totiens iteratam vi-

10 HADR. BEVERLANDUS  
brasset, nunc ardentem & tormentis  
amantis gaudentem, libidinoso morfu  
fratris humectantem linguam cruen-  
tantem desideres, arrige aures ad Ba-  
sium VIII Joannis Secundi.

*Quis te furor, Neæra  
Inepta, quis jubebat  
Sic involare nostram  
Sic vellicare linguam  
Ferociente morfu  
An quas tot unus ab te  
Pectus per omne gesto  
Penetrabileis sagittas  
Parum videntur? istis  
Ni dentibus protervis  
Exerceas nefandum  
Membrum nefas in illud,  
Quo sæpe sole primo,  
Quo sæpe sole sero,  
Quo per diesque longas  
Noctesque amarulentulas  
Laudes tuas canebam!*

§. II. Vestales inter primas honestæ,  
tam notæ pudicitæ, ut Triumphales  
& Magistratus, quin & vicinarum quo-  
que gentium matronas ad suarum spec-  
ta-

aculum evocarent. Has Vestæ devotas non potuerunt ab igne abducere principes viri, non Martis alumni: Antistites ultimo repulsi abierunt. Puta, vera & tota harum virginitas nihil magis timebat, quam seipsam, fœminarum oculos pati non poterat. Sed Romanos gentium domitores, qui ad extremam usque Thulen auri fascis porrexisset, Vestam Rheam Sylviam peperisset quis credet? Mater Numæ, qui & Ægeriæ sororis suæ automata per clostellum mirabatur, inter Vestæ ministeria virginitatem amisit. Ut constaret ratiocinio nostros fides, Corneliam, Coproniam, Septiliam, Æmiliam, Opimiam, Floroniam, Ocellatam, Uranillam exorant incestuosi sacrilegi, ut inscensograbatulo super commendatam bonitatem sederent, spissarentque officium perditæ. oscillatione paucæ, fricatione illusæ plurimæ, quibus virginitatis onus grave & miserum fuit, usque dum lassis animis & marcidis artubus, defatigatas collatinus proderet uterus.

- - Facilis descensus Averni,  
Sed revocare gradum superasque evadere ad auras

*Hoc opus hic labor est!*

Vittata sacerdos vivo sanguine terra subire haud recusat, modo incestu concubitu se suamque Vestam pollueri valeat. Ut in Eleusiniis Canophoræ virenda, ita tenui velamine tectum Palladis virginal Vestales non Metello ne Chariclæ, sed castis aperiebant puelli

Statius l. 2.  
Teb.  
Lucan. l. 9.

*Pervigilemque focus ignem longæva Sacerdos*

*Nutrit, arcanum non inspectura pudorem.*

Plin. l. 28.  
f. 4.

Sacra arcebantur aspectu, ut plus venerationis inesset, interim Mutini facinum colebant. Sed quæ quantaque castitas! cum Deorum incesta, adulteria aliaque sine æmulo complexus in Theatro exhibitos prona libidine marcidis contemplarentur oculis! Nec istud Dii hominesque patientur, Cottyttus exclamat, ut vos tam turpi exitu vitam finiatis. Castas voluit quædam, ut post fata & statuto iudicii tempore

ore harum virginitatem ipse delibaret  
 purcitæ auctor. Genua perseveran-  
 tium amplectitur, ne morientes Mu-  
 lini opem implorarent. Palladis inex-  
 tinguibilem servant ignem, quasi au-  
 picium ignis æterni, quod cum Co-  
 ytto sint subituræ. *Gentiles*, inquit ad  
 Jxorem Tertullianus, *Sathanæ suo*,  
 & *virginitatis* & *viduitatis sacerdotia*  
*perferunt. Romæ quidem, quæ illius ig-*  
*nis inextinguibilis imaginem tranctant,*  
*auspicia pœnæ suæ cum ipso dracone cu-*  
*rantes, de virginitate censentur.*

Intraverunt Iodici & grabati spon-  
 dam quam plures, ut remedium an-  
 tiquæ scabiei sine religione à viris ac-  
 ciperent. Ne itaque sacraria sacer-  
 dos virginitate exuta, viva defodere-  
 tur in sceleratam humum, placuit sine  
 interpellatione virginem xxx anno-  
 rum justis nuptiis sibi opitulari decere.  
 Quid autem, non commune est, quod  
 natura optimum videtur? nulla invita  
 audit, quum cogitur aut cibum sume-  
 re aut vivere. Itaque puella tenera, an-  
 tequam de pudicitæ vel labis hujus in-

14 HADR. BEVERLANDUS  
genitæ suspicio evidens esse potera  
Vestæ mancipata, passa est tandem  
frangi pertinaciam suam.

*Prudent.  
L. 2.*

*Ac primum parvæ teneris capiuntur  
annis*

*Ante voluntatis propriæ quam liber-  
serta.*

*Iusta maritandi condemnet vincu-  
læ sexus.*

*Nubit anus veterata, sacro perfuncti  
labore.*

Nec minus avide virgo senectam fasti-  
dit virginitatem, & flammæ Vestæ fal-  
lit, ut emeritas rugas ad fulcra jugali  
transferret, inque gelido lecto tepet-  
cere disceret tuta, quam Priapi victi-  
mæ Quartilla & Pannychis, quas huius  
petulantia non sufficere putabat En-  
colpius apud nequitia Arbitrum. Pu-  
ella satis bella, & quæ non plus quam  
septem annos habere videbatur, adeoque  
nec ejus ætatis, ut muliebris patientia  
legem posset accipere. Ita? inquit Quar-  
tilla; minor est ista quam ego fui, quum  
primum virum passa sum? Junonem meam  
irratam habeam, si unquam me memi-  
nerim



DE S. VIRGINIT. JURE. 15

rim virginem fuisse. nam & infans,  
in paribus inquinata sum, & subinde  
decedentibus annis, majoribus me pueris  
applicui, donec ad hanc ætatem perveni.

§. III. Ad summam, Recutitorum  
læ, & Grajorum juvencæ & Trojugi-  
arum pupæ & Christianorum puellæ  
agnantis liquoris amurcam, ut pruri-  
is innatus suffocaretur, vel ut venus-  
tinosissimæ carnis primordia men-  
tum stiparent, movere & stimulare  
ceperunt.

*Cum genus humanum solis errabat in* Ovidius  
*agris* L. 2. Art.

*Famque diu nulli cognitus alter erat.*

*Blanda truces animos fertur mollesse*  
*voluptas*

*Constiterant uno fæmina virque loco.*

*Quid facerent, ipsi nullo didicere ma-*  
*gistro,*

*Arte Venus nulla dulce peregit opus.*

ove nondum barbato, multiplicatis  
secundum hominibus, cum magis inex-  
perta simplicitate stupida, quam malæ  
bruginis punitæque Veneris nescia vir-  
ginum corona possideret virginitatem  
vel

16 HADR. BEVERLANDUS  
vel castum servaret cubile matronarum  
chorus adulteria videntur fuisse ignea.  
Cum tamen magis ignoratione vitiorum,  
quam cognitione virtutum, (in  
Astræa aut Saturno regnantibus jam  
castarum decrescebat numerus) in  
dam simplicitatem colerent, quis  
facias iret, tempus hoc per deco-  
lustra sine probro & scelere fuisse co-  
spicuum? Juvenalem illudit Naso

*Vix ego Saturno quemquam regnare  
debam*

*Cujus non animo dulcia furta forent.*

Rusticam hanc pietatem nec ipse S-  
turnus coluit teste Prudentio. An-  
Sephiram & Helenam alienum le-  
rum concutere, & alterius amica  
subagitare non jus sed depravatum  
cacoethes sinebat.

*Propert.  
L. 2. El. 32.*

*Tu prius & fluctus poteris siccare marin-  
Quam facere ut nostræ nolint pecca-  
puellæ.*

Palluit præ amore Caini profapia, qu-  
hamis blandientibus convellebat se-  
bolem Sethi repugnantem. Sethid  
obliti juris divini malesuadum cur-  
im

improbissimis sacrilegis contuber-  
 um fecere. Nec deformes & infa-  
 andæ pupæ castis videbantur, con-  
 liante gratiam subinde dæmone, do-  
 ec diluvio expiaretur nefarium in-  
 estuosumque scelus. Tandem Socra-  
 ca fide Sodomam pollutam cælestis  
 sorpsit ignis. Proinde bonam men-  
 tem prosperamque valetudinem opto-  
 idam Justitiæ Antistiti, cui curruca  
 Justinianus noster pœnas dat, quasi  
 cautius sibi os vapulasset, cum an-  
 leges scriptas nullam inter legiti-  
 am & naturalem sobolem fuisse dif-  
 rentiam statueret. Antequam in ci-  
 titatulam coiisset prisca mortalium  
 ens, vagam exercuit libidinem si Mar-  
 o Tullio fides. Quippe aliter tunc  
 ælo recenti & orbe novo vivebant  
 omnes, quam post cataclysmum.

*Et Venus in sylvis jungebat corpora  
 amantum,*

*Conciliabat enim vel mutua quamque  
 Cupido.*

Adami familia & Noachi societas  
 proculdubio se non polluit vulgivaga  
 Ve-

Venere, tandem sua uxore frui & h  
 triarcharum pacatus & religiosus or  
 indicabat. Passim amare & non fig  
 re linea alba ab typum Sospitato  
 libidinis incentorem contrituri, m  
 ribus illis nefas habebatur. Iactis mu  
 di primordiis Caanitas, aliasque ef  
 ratas gentes sub tegmine patulæ f  
 vel quercus in silvis & tugiriolis, cu  
 silvestrem thorum marito, glande  
 ructanti, frondibus & culmo sterner  
 montana, ferarum more extra leg  
 timos familiæ terminos profapiæq  
 pomeria vagasse nos docet Lucretiu

*Volgiovagam vitam tractabant mo  
 ferarum*

*Nec commune bonum poterat spectare  
 nec ullis*

*Moribus inter se scibant nec legibus in*

*Hinc violenta viri vis & impensa l  
 bido.*

Ne in suffragia Poëtarum furentis an  
 mi vaticinatione de seculo argenteo  
 prodigia multa fingentium citem π  
 γέγρα, religiosa sub testibus Sacri Co  
 dicis fide procederem, nisi §. III. d

*Pec*

peccato Originali hanc palestram in-  
hoassem.

- *O quantus tunc illis mentibus ardor  
Concubitus!*

Hæc vesti contubernium, altera me-  
etricium faciebat, hæc jacebat in  
ervi complexibus, alteram intem-  
estiva occupaverat cupido §. x.

*Nam quis concubitus Veneris, quis gau-  
dia nescit.*

§. IV. Nulla vox est quæ ingenitum  
nefas virginum & placitam scabiem  
æminarum possit comprehendere,  
quicquid dixerò, minus erit. Nam li-  
cet immundum animal, libidinosam  
creaturam, sordidissimam libidine  
perdita conlectam fatear, accendo  
desiderium æstuantis pupæ. Ita enim  
sordibus calent, & libidinem conci-  
tant, ut in extrema plebe quærant  
quod diligant. *Nec hoc Dii sinant, in-  
genti verborum volubilitate insurgit  
Chrysis, ut amplexus meos in crucem  
mittam. Viderint matronæ, quæ flagello-  
rum vestigia osculantur: ego, etiamsi an-  
cilla sum, nunquam tamen nisi in Eques-  
tribus*

20 HADR. BEVERLANDUS  
*tribus sedeo.* Scelestā fides est virgin-  
ria probrum nulla recusat, stupro-  
bera stupro ingenua, sua quoque co-  
fessione digna devirginatione. viros  
omnes virgines, sive puræ & ignotæ  
sive impuræ & famosæ intactum  
omni crimine virginal vix per du-  
lustra custodiunt, adultæ omni-  
opertis oculis bona sua drauco cor-  
modant, alté succinctæ cristam præ-  
bent prætextatis, sciscitantes utrum  
cavernam redire velint unde progre-  
sunt.

*Virgil. 6.  
Eccl.*

*Ah! virgo infelix, quæ te dementi  
cepit?*

Derident solitudinem adolescentum  
cujus anni ad tesseram venerant, & in-  
nactæ sint maritos, drudos assumunt  
fatius uno oculo, quam uno viro  
contentæ calent. Matrōna & Ma-  
ter familias unius adulterio tam faci-  
le sorduisse constat, quasi matrimo-  
nium esset. Uxor̄is genius (ne me ma-  
nifestis contumeliis à cosmetis verbe-  
ratur tandem per quasillarias jube-  
rent catomis objurgari sacrilegæ )  
magis

magis uxorem, quam uxorem pro-  
mittit, dum minimum libidine pec-  
cantibus jurgia gliscunt in infinitum.

Semper habet lites alternaque jurgia  
lectus

Juvenalis  
in Satyra  
celebriori.

In quo nupta jacet.

Si nocte maritus

Adversus jacuit, perit libraria &c.

Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet  
amantis.

Hanc Gal-  
lis.

Uberibus semper lacrymis, semperque  
paratis

Dos uxoria  
lites Erasim.  
ch. 4. cent.  
2. Prov. 35.

In statione sua.

- Tu credis amorem,

Tu tibi tunc curruca places fletumque  
labellis

Exsorbes.

Intollerabilius nihil est, quam fœmina di-  
ves.

Cedunt Grammatici, vincuntur rhetores,  
omnis

Turba tacet, nec Causidicus, nec præco  
loquatur,

Altera nec mulier: verborum tanta cadit  
vis,

Tot pariter pelves & tintinnabula dicas

Pulsari -

C

Fœ-

Fœmina dicitur à femine vel femore  
quoniam in Venerem magis pro-  
sunt quam verni passeris. Sedem or-  
nis amoris in femoribus invenerat  
implicitæ Medicorum filiorum manu

*Sat. 6, 422.* Adligata mutuo ambitu corpora  
haud tralatitiæ Veneris fomites è lun-  
bis & femoribus vibrantur. Hir-  
Ovidius

*Culpantis cupiam sustinuisse femur,*

*Lascivum femori supposuitque femur.*

Audi Juvenalem nostrum, & exstinc-  
tum exoletorum caput facile revi-  
viscet.

*Ac summum dominæ femur exclamar  
coegit.*

Apulejus *interfeminium* dixit. It.  
Bacchum ex femore Jovis natum fin-  
gunt poëtæ. hinc *femur* pro mulie-  
ribus Num. v. 21. & *denudare femur*.  
Judith. ix. 2. Verum lubentius cristar  
clamosam poppyfmate illudi, quam  
femora & lumbos intorto verbere.  
ant agili arte & manu docta percurri  
flagitarent gallinacæ salacitatis a-  
lumnæ.

*Et*



*Et lateri dabit in vires alimenta voluptas.*

Nisi, conciliante misericordiam favore, potius à feo, unde fetus & fecundus cum Scaligero, qui musica & pulchra- cum venustate tortus peribat, vel à *Ψύμα* propago: quia fœmina ad rem nullam utilis, nisi ut proletaria prolifico femine sobolem concipiat, ferat & producat.

C. 79. de  
Ling Lat.

L. 2. c. Ind.  
l. 14. D. de  
Ædil. E-  
dict.

*Ut propagando possint procudere secla  
Nascitur ad partum mulier prolemque  
futuram.*

Lucreti:  
Cland.  
Horat. 4.  
Od. 5.  
Val. Max.  
L. 2. c. 9.  
Lact. 6, 23.

*Lætantur simili prole puerperæ.*

Fœminas antiqui Viras appellabant unde virgines & viragines teste Festo. Ita Adamus uxorem *viram*, quod Symmachus *ἀνδρίδα* interpretatur, indigitabat, quia à viro sumpta erat vira sive virago: hinc apud Festum *viræ Querquetulanæ*. puella illa vocatur, virgo hæc, illa nomen viraginis tenet: mox ubi anni ante cellam venerint, viræ vocantur, & pupæ nomen perit. tandem matronæ & matresfamilias audiunt, nec diu tamen pudicitix indulgent,

Hinc  
Vrouw

*Leg. Sal-*  
*u. anuum*  
*L. 7. de Pro-*  
*vident.*

gent, sed veritæ ne inultæ uteri rabe  
luffocarentur aquarium conducun:  
& si libidinis suæ solum vertant pa  
mario virginis decorantur umbraculo  
Virgilius

*Georg. 3.* *Nec moritura super crudeli funere virg*  
& Terentius,

*in Adelp.* *Puer natus, nihil habet virgo.*

Pasiphaen, quæ tres sustulerat libero  
virginem vocat Maro,

*Ecl. 6.* *Ab virgo infelix tu nunc in montibus er*  
*ras.*

Varro L. II. cx. RR. *In Illyrico virgine*  
*ibi appellant nonnunquam viginti anno*  
*rum: quibus mos eorum non denegavit, u*  
*ante tempus nuptiarum succumberent, qui*  
*bus vellent; & incomitatis vagari liceret*  
*& filios habere. apud Horatium:*

*L. 3. Od.*  
*14*

*Puellæ virum expertæ.*

Virgo  $\pi\alpha\rho\tau\acute{\epsilon}\iota$  & plerumque tamen op  
ponitur mulieri, quæ virum passa fuit  
ut in L. II. §. *si quis virginem de act. empt.*  
L. 24. §. *mulierem. de Ædil. Edict. L. 15. §.*  
*si quis virginem. D. de Injur. L. 61. L. 53.*  
*D. Ritu Nupt. Lucilius apud Nonium.*  
*Virgo sum, non didici verba nupta dicere.*  
Vir-

Virgo denotat viri potentem. Virgilius  
*Audetque viris concurrere virgo.*

Alias homuncula castæ virginis honore fruitur, donec nuptiis conglutinata matronæ decore radiis mariti coruscet. Eleganter Ulpianus: *Mulier ita acta, ut mulier fieri non possit, sanam non videri constat.* & Terentius: *Vereor ne me absente mulier corrupta sit.* Mulier itidem opponitur virgini. Ita apud Vopiscum Proculus: *Centum virgines cepi, omnes intra dies quindecim mulieres reddidi.* Neque aliter apud Theocritum noviter deflorata

*Virgo pro imminuta Casari L. 5.*

*L. 14. § 7. D. de Edict. Edict.*

Παρθένος ἔνθα βέβηκα, γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἀφίεψω.

ita Cicero irrisus, quod sexagenarius virginem Pompiliam duxisset, reposuit curiosis zelotypis, *cras mulier erit,* teste Fabio. Ob noxiosissimum virginalis & foeminalis membri barathrum, pannosis scortis tremendum, viras mares læsos & mutilatos, seu occasionatos & imperfectos vocat Stagiryta:

*L. 6. c. 4.*

Τὸ γὰρ ἦλυ ὡς περ' ἔστιν ἄρρεν πεπορωμένον.  
 λέγεται ὑπὸ φυσικῶν ἀνδρῶν ἔδειν ἕτερον

*L. 2. c. 3. de Gen. Anim. c. 33.*

εἰναί φῆλυ ἢ ἀτελὲς ἄρρεν. Ne fileret sin  
 fabulis historia, quædam in prodigio  
 sum fœminarum genus jactare cœpe  
 runt homines. Saginatum porrigino  
 corpus, invidiosa prodicione detexi  
 spissim ingens pondus. expugnata  
 interiori urigine naturà, in mare  
 mollior sexus mutatur, nunquam  
 hircosus mas in delicatulam fœmellam  
 truditur, quia natura semper expetit  
 dignius, & indigniori resistit. Mulier  
 quædam in Lusitania tam noti erat  
 sexus, ut nec mater nec obstetrix de  
 virginitate dubitarent. Cæterum vix  
 menstrua purpuream manaverant per  
 semitam, ubi priapum emittunt, clario  
 rem stellis extra lunam fulgentibus:  
 Jam menti, jam cervicis, jam crurum  
 lanugo virorum hirsuta brachia ex  
 stinxerat, & Emanuelis justo nomine  
 docorata, togam assumpsit, indeque  
 in Indiam profecta, tandem locuples  
 reversa, uxorem duxit, liberosque  
 sustulit. Amatus Lusitanus, Baptista  
 Fulgosius, Pontanus & Kornmannus  
 pariter ac Tiraquellus exemplorum

Mulier  
 imperfe-  
 ctus mas.

4. Connub.  
 p. 1. G. I.  
 n. 100.

du-

publici saporis gustu mirifice nos  
 undant. Ne plus æquo exhorrescant  
 unici, aliqua inveniemus blandi-  
 nenta, naturali veritate exsurgentia  
 pud Beverovicium. De Heraide, quæ  
 marito peregre absente in virilem  
 sexum mutata fuit legere possumus  
 Rhodomanum Diodori Siculi inter-  
 pretem. Futiliter in his exercitationi-  
 bus Doctores peccant, qui Mulierem  
 hominem esse negant. Ecastor si ho-  
 minem ab humo deducunt Etymolo-  
 gici, non erit homo, sed carnea  
 creatura, si finem respicias erit ho-  
 mincio vel potius homula, dum æque  
 in pulverem vertitur ejus cadaver, ac  
 ex argilla & luto primitus efformatum  
 viri corpus. Sigilatim mortales ambo,  
 uterque moribundis membris, ita ta-  
 men ut, si mulier virilis umbræ sit si-  
 mulachrum, viri ectypon non possit  
 non luti esse figmentum. *κατ' ἐξοχλήν*  
 de viro usurpant hanc vocem litera-  
 rum amatores, ut videantur illæ quo-  
 que infra virilem Majestatem positæ.  
 apud Æschinem, *ἀνδρωπῶν γυνή*. &  
 Plautum. C 4 Mi 6. 12.

*Legesolus  
 Possimus de  
 Idololat.  
 L. 3, c. 48.*

*Ita Gen. 8.  
 §. 24. &  
 Matth. 19,  
 10.*

*Plant. cist.  
 4, 2, 52.  
 Lact. L. 2.*

*6. 12.*

Cicero 66,  
Epist. 18.  
Apul. Flor.  
L. ult. C.  
comm. de  
manum.  
Quintil.  
L. 6, 3.

*Mi homo, & mea mulier, vos salute*  
Justinianus: *Hominibus etenim uxores*  
*habentibus, concubinas vel libertas,*  
*ancillas habere, nec antiqua jura nec nos*  
*concedunt.* Arnobius: *Beneficia patris m-*  
*nerandis & fæminis hominibusque por-*  
*tant.* *O fabulam sexui inimicam semp-*  
*atque infestam masculino! in qua secus*  
*riles non solum homines ponunt, sed vir-*  
*gines etiam fiunt exmammæres.* Hinc  
ni, quin & *optimi hominis hedera gl-*  
*riantur mariti, apud Ciceronem.*  
*malam partem Gallis bon homme, It-*  
*lis Cornuto becco contento.* Si lecti si  
contumeliam vectigalem habeat cu-  
ruca, tum mulier hominis honorem  
potius sibi vindicaret, ut apud Saty-  
riographum adultera, quæ in ser-  
complexibus diu multumque inequ-  
taverat:

Juv. s. 6.

*- homo sum. Nihil est audacius ill-*  
*Deprensus, iram atque animos à crimi-*  
*ne sumunt.*

Gajus JC<sup>tus</sup> in L. CLII. D. V.S. homini  
appellatione tam fæminam quam mas-  
culum contineri non dubitat. Maro

6

O quam te memorem virgo! namque L. 1. *Æneid.*

*baud tibi vultus*

*Mortalis, Nec vox hominem sonat. O*

*Dea certe.*

Apulejus: *Votivis nuptiis hominem te L. 5.*

*iungemus homini. Clemens Alexandri-*

*nus: Κοινὸν ἔν τ' ἄνομα ἀνδράσι, καὶ γυναι-*

*ξίν ὁ ἀνθρώπων, ταύτη μοι δοκῶσιν οἱ ἀτ-*

*τικοὶ παιδάριον ἔπι κοίνως ἔ μόνον τὸ ἄρρεν,*

*ἀλλὰ καὶ τὸ θῆλυ κεκλημέναι· εἶπω πικρὸς κα-*

*ταφαίνεται ἰκωμικὸς ἐν ῥαπεζομδίῃ Μέ-*

*νιδρῶ, ἔδέπως λέγων τ' ἄ μὲν θυγάτριον,*

*πάνυ γὰρ ἔστι τῆ φύσῃ φιλόανθρώπων τὸ*

*παιδάριον σφόδρα. ὁ ἀνθρώπων in fæmi-*

*nam cadit apud Demosthenem in ora-*

*tione contra Neæram. Plautus Cistel-*

*laria. Metus utrobique me agitat, illos*

*hominis miseræ miseret. Cicero in*

*Cluentia: Cujus ea stultitia est, ut eam*

*nemo hominem: ea vis, ut nemo fæmi-*

*nam; ea crudelitas, ut nemo matrem ap-*

*pellare possit. ac ne ab hoc quidem ver-*

*bo tam honorifico abstinuit D. Esaias*

*si Drusio standum c. XLIV, §. 8. secun-*

*dum decus hominis. Hæc ut agmina-*

*tim congero, hæsit paulisper acies,*

C 5

cum

L. 6. Obs.  
21.

cum injuriam huic sexui factam  
sublimi Juris colosso Cujacio, con-  
peruerim. Paulus in L. xxxviii. §  
5. D. de pœnis. *Qui abortionis aut am-  
torium poculum dant, &c. humiliores a  
metallum; honestiores amissa bonoru-  
parte in insulam relegantur: quod si e-  
mulier aut homo perierit summo suppli-  
cio afficientur.* Adversative poni vo-  
cabulum *Homo*, adeoque mulieren  
non esse hominem contendit. Excan-  
dui Wissenbachius hoc sermone tur-  
batus, nec tamen putavit ad rem per-  
tinere, quia & omen hujus Antistitis,  
& legem noverat: quapropter *jocari*  
*potius Cujacium quam serio agere voluisse*  
nec minus argute quam vere reponit.  
Accenditur indignatio mea, cum quid  
in re manifesta dicerem, docte Panci-  
rollæ calamus modo exarasset. Dicitur  
enim non oppositive ad mulierem,  
sed absolute cum commodius non sup-  
petat vocabulum ad indigitandam  
internecionem. Per *Hominem* utique  
significat spem illam hominis, quæ in  
utero cum degeneri forsan sexu lucta-  
tur,

Disp. 6. ad  
Inst.

L. 6. Obs.  
21.

Ad Salm.  
Tit. 48.



ar, quæ num mas an fœmina sit futu-  
cum ignoretur adhuc, communi ho-  
minis nomine exprimitur. eodem sen-  
& verbo Satyricus

*Tantum artes hujus, tantum medicamina* Satyr. 6.  
§. 495.  
*possunt*

*Quæ steriles facit atque homines in ven-  
tre necandos.*

*a Scribonius Largus: Qui enim nefas  
cristimavit spe dubia hominis lædere. &*

*Linutius Felix: Sunt quæ in ipsis vis-  
ceribus medicaminibus epotis originem fu-  
ri hominis extinguunt, & parricidium*

*faciant, antequam pariant. Tertull. in  
Apolog. Nobis vero homicidio semel in-  
terdicto etiam conceptum utero, dum ad-  
uc sanguis in hominem delibatur, dissol-  
ere non licet. Homo est & qui est futu-  
us, & fructus hominis jam in semine est.*

*Ioro-Apollo Hierogl. xxiv. Α'πλα-  
ρον δὲ ἀνθρώπων γενέφεντες βάτραχον ζω-  
γενέφουσιν. Rana denotat hominem nec-  
lum in utero membris efformatum. Et*

*ne post Vossium actum agam, certe* L. 3. c. 48.  
de Idolol.  
Gent.  
*neque Diogenem, neque Juvenalem*  
*ad hoc genus execrationis accessisse*

vi-

32 HADR. BEVERLANDUS  
video. in Tosti *Ἰδοξοῖ* *Mulieres* *ἴ*  
*esse homines* lusit Nicolaus Rhedigerus  
à Strifa tria epigrammata, à Valente  
cidalio græce donata apud Henelium

*Cum sit homo tibi, Toste, pater, sit bestia*  
*mater,*

*Te monstrum dici cur, Cacophant,*  
*doles?*

*Monstrum es, Non mirum. Non vix f-*  
*cundior ætas*

*Monstrum, quam quæ te tulit, u-*  
*fuit.*

*Hoc vero mirum, quod tu, cum cæte-*  
*monstra*

*Monstra alia haut pariant, tantaq-*  
*totque paris.*

In eundem Tostum.

*Factabas nuper, brutum genus esse puella*

*At nunc it nuptum, Toste, puella tibi*

*Proh facinus dirum! & non illo dogma-*  
*dignum!*

*Bestia nupta tibi est. O Sodomita cave*

*Ni faxis, tædam licitor tibi, Sponse*  
*jugalem*

*Præferet, & sic mox re quoque Tostu*  
*eris.*

A

*At tu animo sis, Toste, bono. Nam bestia  
cum tu*

*Sis ipse, nubis bestia jure tibi.*

Ad Sexum Fœmineum.

*Qui vos esse homines, & qui non disputat esse:*

*Vestro ille arbitrio desipit, iste meo.*

*Qui probat esse homines, vestro nil addit honori:*

*Qui negat esse homines, innuit esse Deas.*

Cæterum scitis quid ego cogitem, ne ne judicetis infestissimum matronarum hostem, aut perditum puellarum ratrem, nihil quicquam ex tripode verius judico vaticinatum:

*An mulier sit homo, lis est sub Præside multa:*

*An vir sit Dominus, disputat illa domi.*

Jocari tamen adulatoria levitate maritos confido, quum illi Dominas saluent uxores, quarum capita sunt. apud Maronem

*Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.*

apud

C. 39.

apud Tranquillum Claudius *requisi-*  
*cur Domina Messalina non veniret?* cur-  
 ca inclinato modeste capite hoc elo-  
 veneratus fuerat induperatricem: M-  
 jori jure Spado apud Gruterum: *D-*  
*MINÆ, ET CONJUGI KARISSIM-*  
*OB EXIMIAM ERGA SE PUDICIT-*  
*AM.* Excæcat ingens veteris formæ

*Varro l. 2.*  
*R. R. Boet.*  
*ad Topica*  
*Ciceronis*  
*Quest.*  
*Rom. 30.*

auctoritas oculos *UBI TU CAJU-*  
*EGO CAJA*, quam ita interpretat  
 Plutarchus, ὅπῃ σὺ κῆρι & ἡ οἰκοδέσ-  
 τῆς ἡ ἐγὼ κῆρια ἡ οἰκοδέσποινα. *Ubi*  
*Dominus eris & Paterfamilias, ego D-*  
*mina & Materfamilias ero.* Ita tamen

*Gell. 18, 6.*  
*L. 14. §. 1.*  
*D. sol.*  
*matr. L. 8.*  
*§. 2. leg. 2.*  
*L. 196. §. 3.*  
*Mart. 8,*  
*12.*

ut ὁσίας χάρις ista dicta esse puter-  
 Πολιτικὸν Patrifamilias imperium u-  
 agnoscat uxor nec ratio nec leges re-  
 §. 2. leg. 2. fragantur: Quilibet est Princeps su-  
 L. 196. §. 3. familiæ, qui uxori liberisque suis ju-  
 Mart. 8, dicit.  
 12.

*Hom. O-*  
*dyss. 9.*

Θεμισθίου δ' ἕκαστ' & παίδων ἢ δ' ἀλόχῳ  
 Prævalet imperio mas: indignum fore  
 generoso animali collum subdere vi-  
 lissimæ, fatuæ creaturæ, servitutis jugo  
*Nupta virum timeat, rata sit custodi-*  
*nuptæ:*

Ho

*Hoc decet, hoc leges jusque pudorque  
jubent.*

Non tamen jus vitæ necisque in eam  
habet ut Galli apud Cæsarem L. 6. &  
Bodinum L. 1. cæterum ut controver-  
siam sententiolis vibrantibus pictam,  
generosus liberque suffragio compro-  
bet, sciat ejus imperium in uxorem or-  
linis potius quam subjectionis, dici.  
Uxor affectui, servus & filius potestati  
subjecti sunt. L. 1. §. 3. D. de injur. Neque  
verberandi eam ipsi jus est. L. 8. §. 1.  
Repud. sed fribuscula & jurgia mutuis  
osculis sopiantur.

*Oscula da flenti: Veneris da gaudia flenti*

*Pax erit; hoc uno solvitur ira modo.*

*Et lateri nec parce tuo, pax omnis in illo*

*Concubitu prius est inficienda Venus.*

Roseis labellis vellicatis, religiosæ  
orationis fide iterum maritum Domi-  
num, utpote inferior eo, indigitet. Mar-  
tialis ad Priscum.

*Inferior matrona sua sit Prisce marito* L. 8.

*Non aliter fiunt fœmina virque pares.*

Ita Lucretia apud Nasonem & Dido L. 2. Fast.  
apud Maronem, Dominum Aneam in 1 Petr. 3, 6.  
regna

regna recepit. Modeste viro obviam e  
dicendo Domine adsum, impera quid  
neque tibi ero in mora, neque latebr

*K'v'el* pro marito.  
*Leg. Sal-*  
*maf. de*  
*modo usur.*  
*e. 4. C. D.*  
*Heinsium*  
*ad Hesiod.*  
*L. 57. D. de*  
*donat. inter*  
*v. & U.*

me abs tuo conspectu occultabo: H

Comici effata Sulpitiæ indicet ma

tus, ut experiatur an tota familia ca

taret. Maritum dominum vocat uxor

in L. LVII. D. de Donat. inter vir & uxor

Ac ne ab hoc quidem elogio abstinet

Libonis puteal apud Suidam. ASP

SIA ET DOMINUS EJUS CITATU

*Tibull. 1. 2.* Apud amoris Triumvirum Dominum

pro marito.

*Janua difficilis domini.*

*Numis. p.*  
*627.*  
*Obfer. L. 3.*  
*c. 18.*

D. Ezech. Spanhemius dicam Cujac

impingere cepit, quod promiscu

mulieres Dominas olim Romanis di

tas autumaverit. Itaque quotiescum

que in jure occurrit sublime hoc lab

rum, non potui quicquam ampli

cogitare, quam stolam regnasse (H

ratio Circe Domina meretrix hoc sensu

quo Juvenali,

*Ferre potes dominam salvis tot restibu*

*ullam ?)*

in effœminati hujus mariti culina: und

ar

*L. 19. §. 1.*  
*de Ann.*  
*legat. l. ult.*  
*§. 1. de*  
*Aure. arb.*  
*l. 41. de le-*  
*gat. 3. L. 1.*  
*de act. rer.*  
*amor ar.*  
*Adde Gru-*  
*teri in-*  
*scriptionem*  
*1050.*

Argute Martialis de Crispulo Advocato, qui Mariani uxoris res agebat.

adde Jus. S. 6, 423, 374. & d. 9, 78. Mart. L. 5, 62.

Nescio quid dominæ teneram qui garrit in aurem.

Perspicuum librariorum σφάλμα in L.

XXVIII. §. 4. Julia Domina. D. de Leg. 3.

in qua JULIA DOMINA, Severi conjugum legendum, serio admonent G.

Pancirollus & Æg. Menagius. evidens inscriptio in lege III. Cod. de

Primipilo. Domnam autem nec domnam vel Augustam denotare, sed

nomen esse proprium, nos docet post Scaligerum Tanaquillus Faber. Ita

Ad Phaedrum. Scaliger. ad Ensebinum pag. 211.

tamen ut non diffiteri possint Δόμνης plerumque dictas magnatum uxores

in consanguineis vel si mavis à quasillaribus, cosmetis & mediastinis. inde

Don & Donna, nec non ma Dame. Ne plus æquo exhorrescamus, Oppianus

L. I. Κου- νεγ-ατ- cespitat Rittershusius. Ulpianus in L. 74. leg. 1. intelligit Antoninum cum Severo, sub quo vixit. L. 17. D. stat. horn.

nil commodius quam in proprio sensu cum sapientia utitur ad Marcum Aurelium Antoninum Caracallam, vulgo

Bassianum, Septimii Severi filium.

Α'υσονίς Ζιῶδός γλυκερόν θάλμα Α'ντωνίε

D

Τόν

Salmastius  
ad Spar-  
tian.

Lege Me-  
nagii amce-  
nitates

J.C. cuius  
tertia edi-  
tio nunc in  
Germania  
sub praeo  
sulat.

Enchirid.  
62.

Encolpius  
ad Quac-  
tillam:

Rogo, in-  
quam, Do-  
mina, si  
quid tri-  
stius paras,  
celerius  
confices, ne-  
que enim  
tam mag-  
num faci-  
nus admisi-  
mus, ut de-  
beamus tor-  
ti perire.

\*Ovid. 4, 8.

Tr.

Mart. 12,  
31.

Τὸν μεγάλη μεγάλη Φυτθύσα το Δόμο  
Σεβήρω.

Doctissimus Menagius à necessarijs

*Domina*s vocitatas ex Cassiodoro

III. Var. Ep. 2. suggerit. Ut sibi a

plaudere solent mulierculæ, si à vi-

honorifice saluentur aut laudentur

ita amatores fratresque, ne infacuni-

fororibus viderentur, solent earum

ora *domicellæ* palpamento obliniri.

Virgines XIV. ætatis anno haud tral-

titia *Dominarum* humanitate fuis-

conspicuas literarum monumentis de-

cet Arrianus ad Epiçtetum. Polyænu-

Circæ Salutem D. apud Arbitrum. *Fa-*

*teor me, Domina, sæpe peccasse. & Pelig-*

*næ gentis gloria,*

\* *Hei mihi! quod Dominam, nec vi-*

*nec fæmina, servas.*

*Nunciet huc aliquis Dominam venisse*

*resurgam.*

Ita enim fratres blandientes puellas

vitæ & animæ, Ζωὴ καὶ Ψυφὴ, muris &

passerculi phaleratis alloquuntur dic-

tis, ubi autem nacti victam dulcis co-

lumbæ, mollisque palumbis manum

eam



amque supra commodatam equi bo-  
nitatem sedentem osculantur, tum  
pendulam Venerem, Reginam Domi-  
namque vocant supini.

*Hæc ubi supposuit dextro corpus mihi  
lævum*

*Ilia & Ageria est: do nomen quodlibet  
illi.*

At illa, ut cervicem ejus junxit ample-  
xui, rogo, inquit, embasicæta, ut meum  
artificium pari motu remuneres, &  
in gyrum rapta, clara voce eum Domi-  
num vocat, idque ut spissaret officium.  
Illa palpitantem Nasonem motu &  
voce juvabat amica, ne torta periret,  
sed incassum.

*Et mihi blanditias dixit, Dominum-  
que vocavit,*

*I. 3. El. 7.  
Amor.*

*Et quæ præterea publica verba juvant.*

Ita prodigiosa Venus apud Rabelajum  
exclamare docet *ἡ ἑλὰδας*, Donna con-  
Donna. Noli caussam adulatricum con-  
fundere, sed impone singulis nomen.

*Sic & Ju-  
ven. S. 6,  
322.*

Erant Clandestinæ amasiæ, quæ uni  
fratri erant addictæ, eumque Domi-  
num & Herum vocabant, quia quic-  
D 2 quid

40 HADR. BEVERLANDUS  
quid lana ac tela acquirebant, domi-  
cedebat, ita ut iis alimenta & me-  
cedem pro cubiculo suppeterere ten-  
batur. Meretrix pro libera apud C-  
micum, & ingenua se gerit, explan-  
tore Salmasio, quæ herum suum v-  
cat, cui in aliquod tempus mercede  
addicta, operam dat.

Plant. Mil.  
Glor. 2, 5,  
41.

- Ostium hoc mihi  
Domicilium est, Athenis domus  
herus.

Recte equidem fucata soror, dom-  
num vocat altorem suum, ita tamen  
ut erratica venefica, absente hoc fra-  
tre, totam urbem precario pro dom-  
no & cubiculo habeat. Has *desultoria*  
*equas* Latini, περιπόλλες ἢ δεομάδα  
Græci vocant. Unus frater alterum  
non curruæ dedecore afficit, se  
omnes *Contubernaliū* titulo, sub Duc-  
trice camisii rotundi vesticontuber-  
nium facientes, conglutinantur.

§. v. Excandesne Initiate, quod om-  
nia quæ finio, tendant ad Peccatum  
nostrum ingenitum? Noli fodes tre-  
mulis me accusare vocibus, sed potiu  
in

ngemisce & ubertim lacrumis manantibus scabiei tuæ irascere. Jam adligata mutuo ambitu virginum puellorumque corpora, animarum quoque mixturam faciunt. Arrige quæso ad Enotheam: *hunc adolescentem quem vides, malo astro natus est, inquit calida, nam neque puellæ bona sua vendere potest. Nunquam tu hominem tam infelicem vidisti! lorum in aqua non inguina habet.* Ad summam qualem cogitas quæ tam perditæ agitur? falleris si virginem putes. Cum itaque in publicum mista nequitia sit & in omnium pectora invaserit, ideo ne in pertusum Danaidum dolium aquam effundere, & Sisyphi saxum volvere jure merito autumares, ubi me de Jure Virginitatis, id est meræ alicujus Chymeræ bullis, multa inutiliter effundere vides. Præfiscine dictum puta, Hymen pejus cæno collinit adeoque illud Medicorum filiis liguriendum propinemus, quorum ærugine auspiciisque freti, ancipitem judiciorum aleam experiuntur multi. Quæ tenebricosæ vir-

42 HADR. BEVERLANDUS  
num libidines latere possent, qua  
non temperantia contegit? Verum  
cum ita comparatum sit, ut ipsa veritas  
etiamnum phylacteriorum admi-  
niculis indigeat; dic lector, numquid  
indecens sum? numquid zelotypus  
numquid ab aliquo naturali vitio cha-  
ritatem Christianam excæco? No-  
decipere dominam tuam: scis enim  
viragines & quæcunque rubicundu-  
lam sanamque faciem spirant, à tene-  
ris excussisse vexatam innata porriginæ  
pudicitiam. Quicumque ex ephebis ex-  
cesserant, devirginari dicebantur. *Virgi-  
nes enim non solum, apud Nonium Mar-  
cellum, fæminæ dicuntur, sed & pueri in-  
vestes*: Interroga autem animum tu-  
um, an vera virginitate fraudatus tu sis  
Ut infandæ mastuprationum pollutio-  
nes te in ruborem & pœnitentiam redi-  
gant, cogita nocturnas soporiferæ æ-  
ruginis ebullitiones somniaque & pud-  
icitiam tuam illusisse: adeoque nec inta-  
ctas noctu in vacuo lectulo innatam  
uteri rabiem relinquere pupas quo-  
vis pignore certa. Si me non intelligis,  
fen-

entiet Patavina me vera prædicare,  
 ec si mihi credis, fidem Poëtæ An-  
 lico, scoptice in prolem invisam, ast  
 amen in pejorem gnatâ parentem,  
 ui gravidam uxorem subagitans na-  
 æ sinum perminxerat, invehenti, &  
 indignanti commodes:

She was so exquisite a whooze  
 That in the belly of her Mother  
 She plas't her . . . so right befoze  
 Her father f. . . them both together  
 Had shee been man / as woman / without doubt  
 Shee'd have comitted incest coming out.

Monstrum Sphinge perplexum, dubito  
 in ab ejus interprete Oedipo intelli-  
 gipot. Initiatus autem, qui in Sibyllæ  
 pelunca tripodis admotus fuerit, facile  
 Apollinem recipiet. Utinam virginum  
 mores non ipsi parentes proderent!  
 Infantiam puparum statim deliciis sol-  
 vunt, admittuntque eas ad convivium  
 & in unam eandem spondam recipiunt  
 innocentes, ubi nulla verecundia, sed  
 inter castissimos ὑπεραπελία, inter  
 luxuriosos βωμολογία ἢ ἀρροκία: adeo  
 ut acerbæ virginum aures facile Vene-  
 ris vocabulis imbuantur. *Mollis illa*

*educatio, teste Quintiliano, quam  
 dulgentiam vocamus, nervos omnes  
 mentis & corporis frangit. Omne con-  
 vivium obscænis canticis strepit, pudenda  
 cætu spectantur. Verba ne Alexandrin  
 quidem permittenda deliciis, risu & o-  
 culo excipiunt, cantica Sapphonis fri-  
 gultiunt, pathicissima Gallorum Sa-  
 tadica modulantur. Quasdam non pud-  
 nubentibus interesse & in illa lascivien-  
 tium libertate sermonum colloquia incesti-  
 miscere, audire quod non licet, quod non de-  
 cet dicere, observare & esse præsentis in-  
 ter verba turpia & tumultuosa convivia quæ  
 bus fomes libidinum accenditur, sponsa a-  
 patientiam stupri, ad audaciam sponsu  
 animatur. Cyprianus. Ubinam papilla  
 fraterculant, delectantur loquacibu  
 de Pharia affeculis, gaudent si quid li-  
 centius dixerint, probra meditata cum  
 effundunt protervæ deliciæ, non con-  
 tumelias, sed argutias interpretantur  
 & sic scurrarum vernilitate otium fal-  
 lunt: verum cum nudos plerumque ama-  
 rent, & cum iis luderent, quis dubita-  
 quin pupæ infantes cum paribus inqui-  
 nen-*

*Dion L. 51.  
 Sueton. in  
 Aug. Stat.  
 in Epicæ.  
 Seneca L. 2.  
 de Tranq.*

mentur? Vernas Equites, servili ver-  
 miltate imbutos, nefaria voce & lu-  
 rico lusu polluisse puellas conjicere  
 bene vasatus poterit ex illo Martialis,  
*Niliacis primum puer hic nascatur in* L. 4, 42.  
*oris*

*Nequitas tellus scit dare nulla magis.*

Caillidus nequam cristæ digitos impri-  
 nit & poppysmata excitat fatua, cum  
 infami & impudico digito ludificatur  
 virginem. Gomefius testatur, ob illusio- ad L. 80.  
d. 3c.  
 nem virgunculæ, Juvenem flagris fuisse  
 excarnificatum, quod Phallo (Græcis  
 φάλλο, Gallis *Godomische*) pudicitiam  
 ejus attentasset. Ipsamet immitis uvæ  
 rorem ante lustralibus polluerat falivis.

*Et fingitur artibus*

*Fam nunc, & incestos amores*

*De tenero meditatur ungui.*

Nulla virgo tam pudica, quæ sincerum  
 vas hac petulantia non incrustat. Unde  
 nec pater præns nec mater vas existe-  
 rent, qui virginitatem filiarum asserere  
 auderent. Licet corycæus vel fera sem-  
 per adfuerit, tamen omnes molli de-  
 liciosaque lascivia pruriunt. *daer is hant*

D 5

of

*Horat. L. 3.  
Qd. 6.  
Plemp.  
L. 2. c. 9.  
fand. me-  
dic.*

*De Fric-  
tricibus  
L. 2. c. 5.  
Et de Tri-  
badibus  
c. 13. de  
P. V.*

*of vinger aen geweest.* Hæc est temeraria  
simplicium fatuitas, qui plerumque con-  
rupti hymenis, sanguinisque defectu  
zeloticæ æruginis ineptiis agitati  
miseris repudium meditantur. Æd-  
pol Anatomici laureolam in mustace  
reperisse sibi blandiuntur, cum in scirp-  
nodum & in crista hymenem se vidisse  
gloriantur. hunc Fallopius, Vesalius a  
Spigelius se in theatro cupidæ juven-  
tis coronæ demonstrasse dejerant. gu-  
statione mirifica initiati, mendacio eti-  
am Cretensi inundantur lectores, qui  
solo auditu vel lectione excepti, te-  
mere labuntur in illud præjudicium  
Ita plerique Anatomici aliorum fide  
curculiunculos fabulantur, ut Domi-  
num Drillincurtium, solidæ & anti-  
quæ eruditionis cultorem assertorem-  
que venerandum, sæpius in temerarios  
nugivendulas censuram stringentem  
auritus percepi. Ac ne in hoc quidem  
intricato tacent Neoterici officio,  
qui audacter quovis sacramento con-  
tendunt dari membranam transversim  
sitam, cribri instar, ut menstruis pa-  
teat

*L. 8. c. 9.  
Anat.*

*Nugæ mu-  
liæbres.*



eat aditus , perforatam. Alii non  
 elliculam , sed quatuor carunculas in  
 oronam collocatas , parvulisque fi-  
 ris cancellatas , donec vi rumpan-  
 ur , ad invicem circulariter corruga-  
 as, foramen in medio sui relinquentes,  
 it inde menstrua ab utero torrentia  
 luere possint , verisimilius conjici-  
 unt : longum foret singula excipere.  
 Quærere a Medicorum filiis institui  
 num aliquis frequenti tractatione hy-  
 nenem invenisset. Iusum putant , &  
 tanquam mentis deliria explodunt  
 Bauhinus , Laurentius , Valesius ac Pi-  
 næus. Nondum Æsculapii tripodem  
 consulueram , ubi reperirem non  
 minus vere quam docte ab Equite Da-  
 niele Heinsio vaticinatum in nuptiis  
 Lydii, *Virgine nil certum minus est.* & in  
 belgico Helicone,

*Hy is noch visch, noch vleesch : de wylste  
 van ons allen*

*En weet niet wat hy is: hy kan oock licht  
 ontvallen.*

Membranam totiens jactatam in qui-  
 busdam dari asseverat totus novitio-  
 rum

rum grex, ita tamen ut aliquid monstrat, & morbi speciem referat, si fides Laurentio & Torreblancæ. Lege Dacennertum, & finge te non humani

*L. 4. p. 2.  
53. c. 2.  
quæ 1.  
Pract. n. 3.  
Obs. 17. c.  
27. & 20.*

viscera, nulla sanie deturpata, unquam inspexisse. Accede ad Cujacii divini observationes, quibus saporem blandientem mutues. Omnia ista, inquam vera sunt: nec ulli enim celerius homines incidere solent in præjudicata opinionem, quam non visu sed auditu percepere. Virginitas violatur per destructionem & lacerationem venarum & ligamentorum valde debiliū in collo matricis, ex qua dilaniatione sanguinem effundi omnino necesse est, teste P. Zacchia. Quæ indicia in stupro violento luculenta forent, nisi & puella laxioris vasis, & truculentus spoliator minus mutoniatus fuerit. Omnia exceptione majus est, crudas virgines noxiosissimos subire ictus, adeo ut ruentis tauri pondus dilaceret angustam nasæ symphysin, sic & non raro purpurei cruoris inquinat lodicis stragulum, quæ tamen stiriæ, menstruorum possint esse

*Quæst. Medic. legal.  
L. 4. T. 2.  
quæst. 1.*

esse stillicidia. Forsitan naturalis fluxus antecessit hunc actum, forsitan minatur lubricum imbrem; nam pædicant miseræ semper tunicæ: dum florem concupiscit distenta libido, voluptatem tempore metiri fatui lateris ruinam promittere autumaret novus matritus. Nec tamen ad defloratæ naturæ rem pertinere puta, si nihil quicquam elabatur: In quibusdam enim fluxus albus, acrioris spiritus vitus, emollit partes, per quas fœmineus sexus solet sobolem proderere, ita ut fanies illa, quam spissim cristallinum suum liquorem falso ominatur palpitations, laxum lacerumque efficiat inguen. Perpenfa incertæ rei veritate, majora corruptæ naturæ indicia circa cerebri glandem versantur. Infinitus muliebrium hiatus, cornæ clitorides lactantesque rore stillantes papillæ aliaque non pauca suspectum corpus ad judicis tribunal vocant. Medicorum Princeps Hippocrates ad defensionem decurrit, probatque stagnantia menstrua ærumnabiles hos parere

CRU-

*Iusta fœ-  
minarum.*

*Dissentit  
B. Montanus, qui ex  
Fernelii Pathol. l. 6.  
c. 16. referre  
tari patet.*

*5. A plur.  
39.*

*Error. Pop.  
cap. 4.*

cruciatus, cui mutuo suffragiorum  
ambitu adstipulantur Sennertus, P  
ræus, Rob. à Castro, Ranchinus, Heu  
nius ac Joubertus. nec anxium me cr  
pi pedum pubifve pili, aut molæ, qu  
virgines quandoque proprii duntaxat  
feminis vi, nullo viri concubitu conc  
piunt, molestant. relicta itaque men  
brana duriuscula uteri collo adna  
ta implicitis Anatomicorum d  
gitis, certiora castæ naturæ indic  
sint nobis nymphæ alata, carnocart  
tilagineæ excrescentiæ, pullorum cri  
tis non absimiles, rubicundus & pur  
pureus, non ad lividinem aut nigred  
nem declivis, color: uteri partes nat  
va quadam soliditate dotata, non laxa  
& diffluentes, neque humectæ se  
exuccæ. Jam ergo cæperam colopho  
nem huic paragrapho imponere, cum  
Hebræorum curiosa certæ probationi  
exploratio mea evertere ominarer  
præcipue cum Quirites signa hæc flo  
ris virginei non minus latuerint ac ob  
scuriores populos. Imo nequid falsa  
calumniæ vestigium superesset, utque  
vir-

*Pinæus  
L. 1. c. 7.*

irginem laceratam veru mutoniato  
onfixisse sponsum explorati foret ju-  
is, rubri maris exuvias in epulis volu-  
asse paranympnos constat. Claudia-  
us in Fescenninis :

*Alter virgineus nobilem cruor  
Tum victor madido profiliat thoro  
Nocturni referens vulnera pali.*

Profert Amorum Triumvir crudelissi-  
ni schematis labarum.

*Dulcia nocturnæ referens vestigia rixæ  
Quæ de virgineis gesserat exuviis.*

Virginitatem sine interpellatione ex  
luteo cubantibus substrato probant Leo Africa  
descript.  
L. 3. c. 34.

Fessenses apud Leonem. In quibusdam  
Hispaniæ tractibus honorifico mur- Adde Basi-  
lican l. 60.  
T. 37. &  
Harmonop.

mure gavisos repentino squallore pol-  
lutos maritos, literis testatur Fonta- T. 2. Pacif.  
Nupt. gloss.  
5. p. 1, 78.

nella. Totus fere orbis imposturam  
videtur implere, adeoque nolo diutius  
contentionis funem ducere, dum Machab.  
5, 16.

constet inter nos Initiatos, quod fere  
totus mundus exerceat histrioniam. 1 Cor. 7  
18.  
Joseph.  
antiquit.  
12, 6.

Quid diutius moror? ut recutiti vel  
manu vel spathistro sibi præputia fa-  
ciebant, ita veneficæ millies virginita-  
tem

52 HADR. BEVERLANDUS  
tem fratribus vendunt. Unicuique  
impertiuntur hæc mellimela, meæ c  
licia, mea vita, tu spoliū virginit  
tis meæ habes. Cælestina apud Ba  
thium 5000 mulieribus virginitate  
restituit, aloë & sanguine draco  
puta. Mulier non minus diffutur  
quam meretrix, hac arte fucum face  
studuit sponso, verum cum plus nim  
flore Liberi esset inundatus, adeoque  
sopore obrutus officio non funct  
esset, sanguis ille intra calida inte  
femini labia dissolutus inquinavit t  
getem: erubuit venefica, & suo sc  
lere, propitio vero, ejus fucata c  
stitas prodiit, adeoque

*Hinc illæ  
lachrymæ.*

*Quæ fuerat virgo credita, mater erat.*  
Multæ hosce aditus crebris ictibus la  
xatos arte constringunt, & sicut Jun  
quotannis in fonte Canatho lavar  
*λαμύλω παρθέρον γίνεσθαι*, demum virg  
siebat apud Pausaniam, ita scorti  
scorteæ quoties aquam petunt, se vi  
gines mansisse autumant. Penelop  
venit, abiit Helene, & tamen cur  
Vesta de pudicitia certat. Hoc ut in  
fr

a fiduciam posui, ita Hebræarum  
 uparum castitatem factam tectamque  
 o inguine & ungue vindico. Eugion,  
 onamque castitatis anxie custodie-  
 ant parentes ipsæque faucia; nove-  
 ant Sospitorem generis mortalium  
 asciturum ex virgine, noverant eas  
 uæ virginitatis rudimentum studio  
 orrupissent, \* lapidationis suppli-  
 io obrui, adeoque noluerè habere  
 ona, nisi quibus Ægyptii inviderint.  
 una calidissima menstrua per vapo-  
 es expunxit, Deus forsan hymenem  
 uic genti speciatim largitus fuit, ne  
 ervicosus zelotypia agitatus populus  
 emere futiliterque repudiaret dubiæ  
 udicitia matronam. O maxima &  
 utissima virgini virtus, castitas! U-  
 untur & aliis ratiociniis fidi legis Di-  
 inæ internuntii, Puellas in uno eo-  
 lemque cubiculo juxta parentum  
 pondam decubuisse, easque adhuc  
 etate vixdum integra elocatas, adeo  
 it petulans audacia vix satyrione po-  
 uerit esse nutrita. Hæc labara, primæ  
 noctis prælia, religiose servabant ma-  
 E tres,

Deut. 22,  
 §. 13. - 17.

\* *Prævicena-*  
*burio ex-*  
*piabatur*  
*desecrata ex*  
*Stammitæ*  
*Levi.*  
 Lev. 21, 9.

Ex Rabbi-  
 nis Selde-  
 nus l. 3. c. 1.  
 de ux. Heb.

tres, ut exploratis indiciis odia detemescant. exsonat acclamatione Sacerdos, exsultant paranymphe, & si repentina accusatione insequatur defuram Proculejus, pro singulis injuriis xxxix. ictibus flagellatur, veretilliqua fatuitas exprobratur. Utcunque itaque suspicione abjecta, fatendum virginitatis exuvias recutitis fuit proprias. Ecquid bonæ mentis haberet curruca, si nunc amara & maledicta aqua adulterium uxoris expiantentaret? Israëliticis mulieribus cruciatus in partu fuit truculentior, quam Asiaticis. Domus Israëlitica non suspensionibus debuit laborare. Qui experiret, an uxor se drauco molendario precario præbuisset, petit ut potionem amaritudinis (ex absinthio, aqua sancta & pulvere tabernaculi ferruginatam) porrigat Sacerdos pallidæ: execrationi citius paruerunt amaræ facies, uterum ingenti tumore repleverunt, donec muliebria computrescebant & viscera tumentia rumpebantur. Præcantatæ execrationes & drudum in gyru

\* Femur,  
ita Exod. I,  
5. Gen. 46,  
26. Judic.  
8, 30.



in rapiabant, nam eadem hora in-  
 mnatum spiritum fato impendebat. Num. 5,  
 §. 19, 22,  
 24.  
 itius ea cognosces ex Josepho & Adde Bo-  
 char. Can.  
 L. 1. c. 27.  
 milone Judæo. Similem equidem ri- Virg. Æn.  
 6.  
 m explorandæ pudicitix in Sygiæ Avent. l. 4.  
 An. Bojer.  
 Niceph. in  
 Chron.  
 P. Virgil,  
 L. 8.  
 nte refert Achilles Tatius. Ita  
 uinas ignitosque vomeres ( quod  
 sonum factu Prov. VI, 27 ) calcasse  
 atronas Historici agminatim conge-  
 unt. dantur multa experimenta apud  
 entes, quibus pudicitiam explora-  
 unt, quæ tamen omnia fallunt ut  
 ro Junone Nubem. Nec minus ad  
 em pertinet tralatitia Romanorum  
 nceritas, qui sponsæ collum, ante-  
 uam furientis caballi jugum subiret,  
 lo circumdabant apud Catullum.

*Non illam nutrix oriente luce revisens* Epithal. 65.

*Hesterno collum poterit circumdare filo.*

Non possum amplius quicquam con-  
 erre, sed conversus ad ultimum, ut  
 olurima exciperem, urbanæ certitu-  
 linis perfugium, ut consuantur à tene-  
 is virginittatis zonæ, nam membrana  
 virginittatis in ipso desideratur virgi-  
 nali, auctor essem.

§. VI. Nolito ergo mirari, si me-  
 men deficiat, quum vel sanies vel  
 bricus illud absorpserit actus. Sed  
 deo totum te in illo hæere labam  
 quod virginitatis primitias ostendit  
 Itaque ut experimentum oculorum  
 caperes, converte te ad crudam ter-  
 ræ ætatis pueram, miserere acer-  
 pupæ, cum pudibundæ puellæ purp-  
 reum carpsis florem. Eripe matura  
 tempestivamque virginem cruen-  
 illufori. Satis magnum erit feroci æ-  
 ti solatium, legitimo sacramento il-  
 batum castissimi vasis rorem delibabam  
 Pollue sanguine virginal ante huius  
 diem intactum, neque etiam libe-  
 ter in ipso ætatis suæ flore tam-  
 cum tremendo luctantur onere. Da-  
 tur enim puellæ necdum virum expe-  
 tæ, necdum incestos motus passæ. I-  
 Sanctus Scriptor meminit cccc virg-  
 nearum animularum, necdum arieta-  
 tium συνισιασµὸν passarum. Perpen-  
 tis veræ virginitatis gyris, animosific  
 virginum notas arte contexi, ne au-  
 zelotypus contumelia mea (virgine  
 m:

Judic. 21,  
 12.

manus equidem milia oculos eripent) hilarior fieret, aut tristior mirator cristæ albæ Cupiennius. Quod solum igitur salvo pudore poteram confingere, timidam virginem quaerere cœpi. Prima nocte virginem vulneris sui metuentem, paventem atque horrescentem, ter terribili bipenni corripuit, necdum tamen propestanti gaudium extorquere potuit, ditenta furientis libido. Tam à sponso pudica surgit quam si soror fiet & figurata virgo.

*Pædicare semel, cupido dabit illa marito*

Martial. L.  
II, 77.

*Dum metuit teli vulnera prima novita*  
ita spissim mariti timidis virginibus noctem remittentes, vicinis ludunt locis apud Senecam.

*Quod virgo prima cupido dat nocte marito*

*Dum timet alterius vulnus inepta loci.*

Cæterum scis quid tentare plerumque soleat virginalis pudor, multis blanditiis virginal suum masculo prætextati mediastini veretillo applicuit, idque

58 HADR. BEVERLANDUS  
 ignaro sponso, ut faciliorem aditu  
 furienti caballo pararet. Ignota simp-  
 citate percussus, laceravit veheme-  
 ntius viscerum cubos, sed nulla stilla  
 sanguinis rubicundi stiria, nihilom-  
 nus nec inuulsa aut corrupta mo-  
 desto simplici que viro videbatur  
 non nescius eam paulo antequam du-  
 ceret à quodam honesto puero, po-  
 satietatem, derelictam. Fuit itaque  
 acerba pupa semel virgo, qua oratio-  
 ne si incredulum necdum convincere  
 possim, haud inconcinnis contuma-  
 cem legis vexare instituo. Explosi-  
 itaque Medicorum affaniis, anno  
 primo florentes vigore traducere ne-  
 quit is, cui signata contigerit virgo  
 Nec minus prudentes in Arabia Ba-  
 belmeleci, quam Calecuntii & Pegu-  
 fani, qui à teneris puellæ labia con-  
 suunt, easque incorrupto aditu gluti-  
 natas sponso tradunt, ita ut necessè  
 habeat conglutinatas virginalis clau-  
 stri oras ferro interscindere. Perfo-  
 ratas & ἀτυπητας, (quas signatas  
 Plautus & Lucilius, *obsignatam natu-*  
*ram*

R. del Ca-  
 stro. L. I.  
 c. 7. Nat.  
 M. Linsch.  
 c. 17. Itin.  
 Bembi H. t.  
 Venet. Lib.  
 8.

*in Cicero, confertum virginal Solinus,  
 cretum Plinius, aliique aīdōia &  
 naturalia glutinata, dixere) exstitisse  
 Pandectis tradit Plinius. Quasdam L. 8, 16.  
 creto genitali gigni, infausto omine  
 ornelia Gracchorum mater indicio est.  
 ædio fatigatus, provoco ad testimo-  
 ium Moinichi à R. D. Graef in rem  
 iam vindicatum. Puella Romæ à pri-  
 mo ortu clausa, tam arcta ut vix urinam  
 icere posset, cæterum Joannes Trullius  
 advocatus, unita vulvæ labia sectione  
 iremit. Ignosce Themidis alumne,  
 sollicitus sum tua causa, amoris est  
 argumentum, non malignitatis. Tu  
 modo Deum roga, ut castam tibi lar-  
 iatur. Itaque dabimus operam, ut  
 nimi & corporis pudicarum notas  
 potius quam hymenis chymeras  
 uppeditem.*

*Incerta hæc si tu postules  
 Ratione certa facere, nihilo plus agas  
 Quam si des operam, ut cum ratione  
 insanias.*

§. VII. Nemo ausus est persona-  
 os puellæ, sine lucerna ludentis, &

60 HADR. BEVERLANDUS  
absque teste onus uteri solventis, f-  
stus damnare. Celari enim furta su-  
voluit Venus, cui religiosa obsequi  
necessitate hodie nec Lidiæ facilesque  
puellæ succumbere recusant: & ne-  
quam juvenes per ambages, delato-  
rumque ministeria id saltem percipi-  
unt ludere formosas, easque demum  
esse castas, quas nullus rogavit.

*Non peccat quæcunque potest peccass  
negare,*

*Solaque famosam culpa professâ capi*  
Ut itaque inter contrahentes tutun-  
duret mendacium, proba virgo stu-  
diose in Buchanani sacramentum ju-  
rat.

*Furta tegens uterus, reliquas facit  
esse pudicas.*

*Quæ casta est, sterilis vel sine teste  
parens.*

L. 43. D.  
de Ritu N.

Publicum prostibulum, scortum scor-  
teum, quod in lupanari prostat, vi-  
cem prostitutæ sustinet, adeoque sa-  
gax procius cautius cum hac erratica  
mercabitur: quæ autem remoto ob-  
scæni lucri dedecore semel vegeto  
fra-

iratri corpus concessit, non poterit  
meretricis nota inuri. Innocentem  
puellam, quæ domi forisve furtivos  
implexus juveni cupido subministrat,  
artemque arte illudit, nulla lex, nul-  
laque consuetudo vinciri, verberari,  
uri & ferro necari, jubet. Castissimæ  
equidem puellæ ardoris impetu ita ra-  
piuntur, ut suarum servæ, superioris  
mandato morem gerant, &

*(Libertas quoniam nulli jam restat  
amanti)*

Diomedæ necessitati obtemperan-  
tes, post devirginationem ingenti  
fastu virginis brabeum sibi vindi-  
cent. Per primam Philenidis regulam,  
ante alpha & beta ipsis cognitam,  
*κλινοπάλιω* rem sibi esse peregrinam,  
pejerant & pernegant. Hæc autem  
nec amandi peritum latere possunt,  
cum nulla detur pupa, quæ non Ovi-  
dii canonem præcognitum habeat.

*Quæ bene celaris, si qua tamen acta  
patebunt,*

*Illæ licet pateant, tu tamen usque  
NEGA.*

In l. neque  
n. i. C. de  
Procurat.

Barbare nec tamen false dictum  
Baldo, Scholaris, qui loquitur cum pue-  
la, non præsumitur dicere Pater noster  
Olaudem insignem, & omni præco-  
nio majorem! Qui filium demonstra-  
tionis nostræ videt, Palladis Armige-  
ros Venerisque nepotulos sine spo-  
prædæ vix solere diu morari, eosque  
potius Juvenalis *Credo*, quam A-  
thanasii articulos, gingrire quin & bar-  
rire, tandemque infirmiora vasa gan-  
nitibus improbis laceffere, fatebi-  
tur; ita tamen ut implexe & morose  
sermo non publici saporis inde eli-  
ciatur, Sponsam desponsatam jure  
posse repudiare; nam plerumque in-  
dusia aliaque lintea, & vestimenta  
suenda, lavanda resarciendave catacli-  
stis committunt Ancillarioli,

Ὡς δὲ μοι φρονέοντι δδάσαστο κέεδιον  
εἶναι.

Si quid actum fuit flagrantius, amas  
bonam mentem, non fraudabo te  
arte secreta. Sutrix plerumque per  
Studiosum ditior fit, & invitamento  
matris vel hospitiæ suæ ad ducendum  
pro-



roco permittitur, & tandem nubens  
 enit ad sponsum nova nupta, secu-  
 i & intrepida, pudore dispoliato,  
 ore exoleto, flammeo obsoleto,  
 irgo rursus post recens repudium,  
 omen potius asserens puellæ quam  
 integritatem: Id saltem compendii  
 ide sibi acquirit fatuus, quod semi-  
 am modo exasciatam permeans, à  
 ramite deflectere haud vereri necesse  
 tabeat.

*Heu quantos æstus, quantos patiere la-* Martial. |  
*bores,* L. II, 79.

*Si fuerit . . . res peregrina tibi.*

Ergo acerbam pupam Themidis aut  
 Æsculapii antistiti trade, ille mulie-  
 rem faciet, quæ te virum docte vexa-  
 bit, ut ars arte latere possit, *non bene*  
*virgo docet.* Non ita Justiniani præ-  
 scriptum, & intonsi Catonis lex, sed  
 ætatem nostram adeo esse deprava-  
 tam volo, ut qui ducere intendat,  
 præscire debuisset, paucas à cupido  
 juvene redditas virgines. Neque us-  
 quam fictum, neque pictum, neque  
 scriptum in poëmatis, quod à Studio-  
 fis

sis non perpetratum est. Ad hac  
 comitatem ephebus se ultro adm-  
 vit, & toto desloratæ corpore citi-  
 scrupulum religionemve se ingurgit-  
 vit. O seculum insipiens! Si tamen  
 luce meridiana manifestius proba-  
 poterit, mercabilem Sponsam ante  
 miseris opes femoris & fœnor  
 usurâ sine delectu, passim corpus pro-  
 stituendo, quæsiuisse, repudiare ea  
 summo jure poterit sagax nuptiarum  
 Candidatus. Sponsalia non sunt ipsi  
 jure nulla, quia ad essentiam matrimo-  
 nii non pertinet læsa virginitas  
 \* sed repudii causam præbet. Verun-  
 nunc severa animadversione opu-  
 est, ut tabulam post naufragium mise-  
 ris, injuriamque passis suppeditem  
 (καὶ ἰσὼ λατρεῖν) utque demonstra-  
 tio nostra majestatis suæ pondus ha-  
 beat, inculco hanc juris Regulam, *Mul-  
 ta quidem minus recte sunt, quæ ta-  
 men semel facta dissolvi nequeunt*, ani-  
 mos suos componant nupturientes,  
 ut constituto nuptiarum die, ipsa  
 inauguratio nullis suspendatur indu-  
 cia-

\* Ut in  
 Vidua.

ciarum anfractibus, nisi per nym-  
 pharum turbam, virginitatis injuriam  
 dignitatemque vindicantes, catomis  
 objurgentur temerarii desultores.  
 Pudicam orationem percipiet & um-  
 braticus Doctor, si naturali pulchri-  
 tudine exsurgentem amplectatur æ-  
 quitatem. Notandum itaque, quæ  
 tam repentinam animorum mutatio-  
 nem facere possunt. Sponsalia, quæ  
 sunt *sperata* tantum nuptiæ, sine in-  
 terpellatione dissolvi possunt ob sa-  
 niosam & virulentam luem, lepram,  
 paralyfin, frigiditatem & apostasiam;  
 sed ne quid tristius expectes, dico  
 matrimonium jam copula carnali  
 consummatum, ob dictas injurias non  
 posse dissolvi. Religio quoque non  
 alium repudiandi exitum novit, post-  
 quam Ægyptiorum & Judæorum,  
 pariter ac Turcarum & Socinianorum  
 audacia tam scelestæ execrationis  
 compendia fecerit. Quicumque in-  
 sciens cum alienigena id est infideli  
 sponsalia contraxit, repudiari eam  
 docet cæleste os: verum si solenni-  
 ter

L. C. de  
 Spons. L.  
 19. R. F.

1 Corint. 6.  
 14. c. 7.  
 12.

66 HADR. BEVERLANDUS  
ter contraxerit nuptias, & spoliu  
virginis pertulerit, non poterit ear  
relinquere. Quænam, per fidem! ist  
stultitia esset, ut temerarius prote  
ve sic cum uxore divideret? frigidio  
hieme Gallica factus censetur is, qu  
indotatam pauperculæ matri po  
nuptias restituit, quia dos stipulat  
non respondet contractui. Obstupu  
ergo, cum Regulam, *Promissio fact  
sub conditione, quæ si impleta non fuerit  
obligatio exstinguitur*, obtorto collo  
nuptiis, legitima celebritate inaugu  
ratis, applicari viderem. Neque han  
petulantiam verecundissimo conjugio  
sufficere confido, quicquid Justinian  
Leges, aut Jctorum fragmenta, judi  
cum sententiæ, aliorumque jurispe  
ritorum opiniones promittere viden  
tur. *Aliæ enim sunt leges Cæsarum,  
aliæ Christi, aliud Papinianus, aliud D  
Paulus præcepit. Nec Ricardi, nec Hen  
rici VIII. rigorosa crudelitas nos ci  
ves faceffit, cum summum illud jus  
& Basilicõv vesicæ & Harmenopuli  
bullæ inter Auruncorum Sicanorum-*  
que

*P. Virgil.  
L. 14.  
Sleidan.  
L. 14.*

ue jamdiu leges ignotas cum Euan-  
ri matre , abhinc seculis obrutâ  
nultis, fæce sua rubiginem contraxe-  
nt. Post interfectam novæ nuptæ  
irginitatem , eamque nexu haud tra-  
atitio , per pontificem & antistites ,  
oncessam & benediçtam , non po-  
erit , nisi sacrilegus , id quod nodo  
Gordio coagulatum est , ense rescin-  
lere. Inquirendo virginitatem , eam  
olluit : nam qui pudicitiam deliba-  
vit, eam frustra reposcit.

*Heu ubi pacta fides , ubi connubialia  
jura,*

*Faxque sub arsuos dignior ire rogos.*

*Non ego sum furtim tibi cognita : pro-  
nuba Juno*

*Adfuit , & sertis tempora vinctus  
hymen.*

Placuit puellæ consilium : itaque con-  
legit altius tunicam præcinçtaque ad  
bella frigidum spadonem provocat.  
Cui si nil aliud integrum , sexus esset  
quod auxiliaretur : Sponsus itaque  
lodiculam in pavimento diligens ex-  
tendit , & relicta obstetricum scrupu-  
lofa

*Utinam if-  
tius nutri-  
cis apud  
Aristinae-  
tum L. I.  
Epist. 6. ar-  
tem obser-  
uasset.*

losa exploratione, ipse ejus fem-  
mille jam mortibus frigidum, solli-  
tat, donec post ærumnabiles co-  
cussiones virgunculæ laceratum i-  
guen tremulo intuens oculo, non ni-  
nus stupuit, quam expavit, exclam-  
vitque palpitante corde, *In magnis u-  
luisse sat est.* Deinde placide & quie-  
cum ea vitam transegit. Recte Des-  
derius Parthenius, *virginitatis probati-  
nem non minus difficilem quam obscura  
esse, testatur.* Et Ambrosius L. VII  
Ep. 64. *Quod etiam ipsi Archiatri di-  
cunt, non satis liquido comprehendi in-  
spectionis fidem, & ipsis medicinæ vetu-  
stis doctoribus id sententiæ fuisse: nu-  
quoque usu hoc cognovimus, sæpe inte-  
obstetrices abortam varietatem, & qua-  
stionem excitatam, ut plus dubitatus  
sit de ea, quæ inspiciendam se præbue-  
rit, quam de ea quæ non fuerit inspecta.*  
In intricata hac decisione circum-  
stantiæ possunt variare jus: ut condi-  
tio, exploratio, aliaque, quæ submi-  
nistrat Lugdunense Jurisconsultorun-  
melos, quæ tamen τὸ ἐν δεξιῇ petunt  
Quid

*De Christ.  
Matrimon.  
p. 142.*

*alde Prov.  
30. §. 18,  
19, 20. &  
Cujacii obs.  
17. c. 27.*

*Brouwer de  
Jure con-  
nub. L. I. c.  
21. n. 22.*

Quidquid satyrii fuerit, evertet error nuptiarum essentialis: puta quod non fuerit viripotencia, nec consensus parentum, neque honesta sanguinis distantia, neque Civitati \* Romanæ subiectus. Sic divortium fit inter libertum & ancillam, quia non conjugium, sed contubernium male conjunctorum dissolvitur. Dissociari etiam nuptias ob adulterium, voluit legislator \* Christus, cui adjicit D. Paulus malitiosam desertionem, cum infidelis conjugem fidelem animo non revertendi derelinquit. quod tamen divinorum oraculorum explanatores ad utrosque fideles extendere non dubitant. Itidem incurabilis morbus: alias exspectatur triennium. sæpe enim qui primo anno non potuit arrigere, altero, validioribus cibis pastus, latus comparis probe convulsit. alias ad tibicines relegandum noxiosissimum corpus, quia sine offensa corporis animique confurrexit lachrymabilis uxor, ita ut carnalis copula nunquam intervenerit. Si uxor fit vexor, & conjugium conjurgium,

F

da-

\* Ut Augusti atates  
secus tempore Graeculorum,  
M. A. A. Caracalle  
& Justiniani. Lege Sid. Apoll.  
L. I. Ep. 6. Prudentium contra  
Symm. L. 2. Rutil. L. 1.  
Itiner. Augustin. L. 5, c. 17. Plinium, qui sub Vespasiano, L. 3. c. 5. & Modestinum, qui sub Gordiano atretens egerunt. I. Roma D. ad Municip. adde L. 17. D. stat. h. \* Matt. 5. & 19. L. 10. C. de repud. Bor. L. 29. p. 15. Van Alphen Pap. p. 57. Secus si contractis jam diu nuptiis obrepat calamitas: dulce tunc erit cum marito tristari ut matrona apud Euripidem

datur separatio thori & mensæ. Finer discordiæ imponat ardua quæstio, a novam nuptam, ab alio fratre imprægnatam, divortio dimitti sinant leges Ulpianus ad Sabinum: *Qui cum ali contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus.* Nullus adeo hebes quin sagaci rhinocerotis naso famosam, & præfaga mente suspectam pudicitia lustrare possit. tumor uteri plano castigati pectoris ventre discerni solet. Si pinguem grossamque suspicatus fueris gravidam, oportuisse te per obstetrices explorare. Huc pertinet Lex I. D. de ventre inspiciendo *Certe in matrimonio multo magis dicendum est, contrahentem conditionis ejus cum qua contrahit, non debere esse ignarum: sibi imputet, qui non diligentius ante sibi cavit, ait Wesenbecius.* curreponit Wissenbachius, *Erudire lectorem Wesenbecius debuit, quomodo in istho negotio diligenter sibi ante cavere & prospicere queat.* Medius fidius proculus, cuius anni ad tesseram & ante cellam venerunt, facile videre poterit, quic hiet

L. 19. D.  
de R. J.



niet, quid protuberet. Ovidii aver-  
sum schema ne vesticipem quidem  
latet.

*Tu quoque cui rugis uterum Lucina no-  
tavit,*

*Ut celer averfis utere Parthus equis.*

Qui autem Charitatis normæ obtem-  
perans sponsæ umbilicum nullo pli-  
carum crimine notatum reperit, eam-  
que grossam ducit, videtur Noachi dor-  
mientis neptis opprobrium voluisse te-  
gere.

*Prudens emisti vitiosam, dicta tibi est  
lex;*

*Insequeris tamen hanc, sed lite moraris  
iniqua.*

Nec inhorrescat vir bonus, si quoti-  
die magis magisque superfluenti ar-  
vina saginatum comparis corpus in-  
tumescat, tandemque immaturi fœtus  
abortu labascat. cogitet nihil esse  
hominum inepta conceptione falsius,  
nec ficta nativitate ineptius. Legi,  
diem definienti, non correspondet na-  
tura; cæli enim aërisque, & alimenti  
varietas, corporis exercitium, animi

72 HADR. BEVERLANDUS  
 motus & ægritudo, morbique inciden-  
 tes, aliaque non pauca, quibus natur-  
 luxuriat, incertum faciunt nativitati  
 punctum. Lunam menstruam reger  
 virginem & Jcti non ignorant, tempu  
 tamen nativitatis Medicorum filiis de  
 terminandum relinquo. *Quod medico-  
 rum est Promittunt medici.* nolo ἄλλο  
 τριῶ χορῶ πῶδα τίθεσθαι. Imperato  
 noster quæstionem hanc, inter Aristo  
 telem & Hippocratem agitatam, no  
 luit suo judicio dirimere; sed Archia  
 trorum Principi\* Coo acquiescit, eiqu  
 credi voluit. Ante septimum mensen  
 neque masculum neque fœminan  
 salubriter nasci confidunt Stagiryta &  
 Agellius. Connennatis partum tri-  
 um quatuorve, & Torreblanca, quin-  
 que mensium legitimum volunt. Ha-  
 drianus Spigelius Medioburgi infan-  
 tem sex mensium natum, vitalemque,  
 enixam puerperam memoriæ prodidit.  
 Hisce exemplis tristitiam & suspicio-  
 nem suam mitigare poterit mitis pa-  
 terfamilias, ita ut necesse haud sit  
 ductam, mox puerperam repudiare.  
 Con-

\* Isidor.  
 L. 14. c. 6.  
 patria A-  
 pellis Ovid.  
 L. 3. art.  
 confundunt  
 Asiaticam  
 Coam  
 cum Cea  
 vel Cia.  
 Attica ut  
 Salmasius  
 in inscript.  
 Herod. &  
 Lipsius ad  
 Tacitus  
 c. an. nec  
 male Plin-  
 nius L. 11.  
 c. 22. cor-  
 rigitur.

Lege Dion  
 Godofred.  
 ad Norvell.  
 39. c. 2.  
 Gell. 3, 10.  
 arg. Esdr.  
 6, 21.

Contigit nostra ætate ut novus maritus præcoci uxoris abortu hæserit non minus quam excanduerit, & concitatus iracundia, secretoque rubore perfusus pœnitentiam agere cœperit. hic perfriçta fronte, noluit traducere annos primo vigore florentes, sed quod salvo pudore poterat confingere, emit sex cunas, ratus non minus familiæ suæ opus fore, si quoquo bimestri pareret uxor: (nam nova nupta post duorum mensium intervallum in grabatum puerperii se receperat) nec contenta callida captatrix, quæ forsân ante Æsculapii fanum somnum cepisset, aut in trivio Mercurii vibrantem hastam sub stola sua abscondisset, exprobratione tam venusta reposuit currucæ, ut ex filio tam præcoci fieret nuntius, maximum inde compendium in familiam redundaturum, quia VII mensium spatio antecederet alios, lautissimus homo digitos concrepuit, reque bene perpenfa puerperæ bonam mentem precatus fuit. Summa tamen narra-

tionis meæ hæc est : Contracti  
nuptiis , iisque copula carnali con  
summatis , non posse maritum uxo  
rem dimittere , ob infortunium aut  
sponsalia editum : licet aliquid ini  
qui videatur latere in hoc ratioci  
nio , id contra singulos tamen utili  
tate publica rependitur , præteritam in  
juriam , fœderibus compositis , osculi  
aboleri placuit. Quod ad me attinet  
non sum crudelis , sed vereor ne  
quod persuadeo , Sycophantæ & Ho  
lophantæ mei patiantur. Arcana na  
turæ sacra non promiscue & omnibus  
patent , reducta sunt interiori sacra  
rio multa. dicant abortum esse , scio  
nemini aliter suspectum fore. Trans

*L. 12. D. de  
stat. hom.*

*L. 4. c. 22.  
Occult.*

*nat. mirac.*

*De qua vo  
ce Tit. Cod.*

*de Com. &  
Archiatr.*

*lege Casaub.  
ad Strab.*

*l. 15. Mer  
cur. Var.*

*lec. 4, 1.*

*L. 2. c. 19.  
de Orig.*

*Idolol.*

eo suppositos & tardigeros : nam sep  
timestris partus non solum legitimus ,  
ob auctoritatem Hippocratis vel  
Lemnii , sed & ob infallibilem ex  
perientiam , credendus : Archiater  
intellexit menses lunares & synodi  
cos , non periodicos ; quorum diffe  
rentiam legis apud Belgii nostri Ju  
bar G. Vossium. Empedocles apud  
Plu-

Plutarchum : τὰ δεκάμηνα γόνυα , ἔ  
 τὰ ἐπτάμηνα. Partus decimestres & sep-  
 timestres vitales sunt. consonis suffra-  
 giorum testulis hæc comprobant præ-  
 ter Agellium , Macrobius , Donatum  
 & Martianum Capellam , Ambrosius  
 & Favonius Eulogius. Mosen aliof-  
 que Patriarchas septimo mense effu-  
 os Rabbini comprobant. Inaudito-  
 rum partuum , ex tristitia & mœrore  
 defuncti , protractorum seriem inve-  
 nies à Delrio , Schenckio , Aërodio ,  
 Barclajo , Liceto , Spigelio , Harvejo  
 descriptam , qualem diu Varro , Hip-  
 pocrates , Aristoteles , Plinius , Ma-  
 crobius , alique naturæ mystæ optima  
 adstruxerant fide. Exosculatus horum  
 pectora , experientia non minus,  
 quam sapientia plena , perituræ char-  
 tæ parcere constitui , ne post Censori-  
 num , Caranzam , Victorium , Mar.  
 Donatum , Salmuth , Cujacium atque  
 Fabrottum , Minervam docere videar.  
 O felicem matrem , quæ cæleste de-  
 positum decimo mense edidit !

*Matri longa decem tulerunt fastidia men-  
 ses.*

F 4

Sic

*Ambros.  
 Epist. 29.  
 Eulog. in  
 somn. Scip.*

*Ad Senecæ  
 Theb. 355.  
 Barc. Icon.  
 anim. c. 4.*

*Maro. l. ult.  
 C. posthum.  
 her. inst.*

Sic me scribentem docent Caran  
pariter ac Harvejus castissimas matris  
decimo mense peperisse Sospitate  
rem nostrum & ejus præcursores  
Joannem. Raram facit formam tard  
partus, cujus laudes carmine impl  
amorum Triumvir ad Cynthiam:

*Psal. 45,*  
3.

*L. 2. El. 3. Non, non humani sunt partus talia da  
na:*

*Ista decem menses non peperere bon*

*L. 3. §. II.*  
*D. de suis*  
*et legitim.*  
*L. 3. D. de*  
*legib.*

Nec injuriam Justinianus noster acc  
pit, quod post decimum mensem no  
pro legitimo agnoscat, cum leges tu  
lerit, quæ αὐτὸ τὸ πλεῖστον accidunt  
quæ non evertunt matronarum pud  
citiam, nec res, Gothofredi & Sandæ  
memoriâ, factas. Cæterum plura in  
hanc controversiam ex adversariis de  
promere possem, ne tamen Lippi scri  
nia compilando in plagium incurre  
rem, & amphora urceus exiret, cupi  
dum lectorem ad elucubratiſſimas  
exercitati Pauli Zacchiæ *Quæstiones Me  
dico-legales* relego. Rabelajus vidua  
bus, potionem & cibo refectis, conce  
dit, ut ejus periculo duos post mariti  
obi-

bitum menses tutæ ludant. Euge!  
 Belle! beate!

*Id cinerem, aut manes credis curare  
 sepultos.*

*Adde D.  
 Heinsii E-  
 pist. ad Præ-  
 merium.*

§. VIII. Ob vilem hircum, deflora-  
 amque mulierem carmine tragico cer-  
 ent ii, quibus cornea fibra est. At ego  
 otiosum sermonem dixerim, quem  
 prætextatus procus suo ingenio non  
 intellexit. Virgo non esse tantum, sed  
 & credi & intelligi debet, ut nemo cum  
 virginem videt, dubitet an sit virgo.

*Parem, ait B. Pater, se integritas in omni-  
 bus præstet, nec bonum animi corporis*

*Thom. 22.  
 quest. 152.  
 1.*

*cultus infamet.* Neque minus virgo dici  
 potest, quæ virginalia claustra alio in-  
 strumento secuit, quam si pedem aut  
 manum dirupisset. Si quis itaque  
 puellam largioris conscientiæ nan-  
 ciscatur, non tamen minus virgo dici  
 potest, quia omnes ingenito pecca-  
 to ferruminatæ alios motus, quos li-  
 bido distenta dicit, adoriuntur. Ca-  
 lumniæ genus est omnes Lidas à mu-  
 toniatis fratribus fuisse subactas, cre-  
 dere.

F 5

Hæc

*Hæc casta est, de qua mentiri fama  
retur.*

*Menoch.  
arbitr. cas.  
331.*

*L. 1. §. 3. C.  
L. 15. §. 24.  
D. de In-  
jur. L. 5. T.  
8. Decis. 5.*

*L. 9. Contr.  
6.*

Si quis jactat se virginitatis rudimen-  
tum delibasse, ab honesta pupa injuri-  
rum conveniri potest: quia sacrilegium  
redolet propriam turpitudinem jacta-  
re. Ad interdictum citatur hic fam-  
spoliator, ut palinodiam cantet, ve-  
pecuniaria mulcta vel relegatione ple-  
ctetur. Ita Senatoris auctoritate no-  
tus Sande memoriae tradit Thraso-  
nem, qui fastidiose spolium virginita-  
tis amasiæ cujusdam venditabat, virgi-  
cæsum & exilio proscriptum. Neque  
omnes cum Seneca gloriari possumus  
*Duxi uxorem nullis inquinatam fabulis*  
Fama quæ mille linguis rerum fidem  
misere exaggerat, veris falsa addere  
solet: confusa tremulæ linguæ verba  
mendacio plerumque crescunt. Nulla  
tam pudica Venus, quam taxat non  
crepidarum censor: adeoque bono vi-  
ro susurronum crocitantium calum-  
niis accommodare patulas aures pia-  
culonem est. Ita tamen ut dissiteri ne-  
queam, fumam, quæ semper errat, ali-  
quan-



uando vera eligere, cum temere non  
ascitur, quin subsit aliquid. Nullum in  
civis commentum prætextatus scur-  
a, librarius aut garrula anus jactant,  
uin aliquid veri, quod nasus rhinocero-  
tis subolere potest, efforment. Un-  
le M. Tullius ad Atticum: *Non possum*

*Lib. 16, 8.  
& L. 2. ad  
Hercu. c. 8.  
Lrs. 7, 6.*

*lissimulare, mihi famam quoque, quam-*  
*is sit falsa, magni esse. Sedulo itaque*  
*urent neptes nostræ, ut honestam fa-*  
*nam vitæ & educationis & habitus*  
*norumque honestate comprobent.*  
*Divortunt mores virgini longe à lupæ.*  
Virgo honesta etsi oppidò sit pauper,  
tamen abunde dotata est. adfert quip-  
pe ad maritum novum animi indolem,  
pulchritudinis gratiam, floris rudimen-  
tum & castam famam. Multum virgini  
profunt mores & acta pudicè vita. Si  
bona fide pœnitentiam emendamus,  
quæso fidem educationis honestæ ad-  
pellamus. Hesiodus paucis ἔργ.

*Plant. in  
Epidico,  
3, 3.*

Ἡ' τε δόμων ἔντοδε φίλη ὠδὴ μίμνε  
μίμνει,  
οὐπω ἔργ' εἰδῶα πλυτρίσας ἀφροδί-  
της.

Quæ

*Quæ intra domum prope caram matrem  
manet,*

*Nondum operum aureæ Veneris perita*

**& Phocylides in Præceptis :**

Παρθενικῶ δὲ Φύλασσε πολυκλείστῃ  
θαλάμοισι,

Μηδὲ μιν ἄλλοι γάμων παρὶ δόμων ὄφθ  
ναί εἰσῆς.

*Virginem autem custodi intra thalamum  
diligenter,*

*Neque eam finas ante domum videri  
quoad nupsit.*

Virginem itaque decet Penates servare. Proprium pudicarum est intra proprios Lares se continere, non vagari non conspectibus virorum apparere

ait Iustus : cui accinit Eustatius ὅτι

L. 21. Cod.  
de Procm.  
Hesiod. L. 5.  
Ach. Tat.  
L. 1.

Παρθένον παρθένοισ ἀνδρῶν ἐναντίον χωρεῖν

κατάκλεισθαι & conclusa virgo, quæ in

cellis παρθενῶν & gynæconitidis parte

occludebatur. Hieronymus contra Jovianum :

*Alma non solum puell.*

*vel virgo, sed cum ἐπιτάσει, virgo abscon-*

*dita dicitur & secreta, quæ nunquam vi-*

*rorum patuerit aspectibus, sed magna pa-*

*rentum diligentia custodita est. Hæc :*

Theo

theocrito παρθένη & ἐκ θαλάμοιο voca-  
 it, ut è contra deflorata, manifesta

ev. XIX §. 20 γυνὴ περίδρομ & catil-  
 ins Plauto. Clausam, obseratam & ob-  
 gnatam diximus ratione interfemini,  
 a tamen ut & quoad educationem e-  
 iam usurpetur. Ita & 2 Machab. Vir-  
 ines quæ conclusæ erant, concurrebant ad  
 uiam. Laudi ducitur si matronæ domi  
 bditæ maneant, neque in celebritate  
 versentur. οἰκὸς casaria D. Paulo, &  
 Euripidi οἰκὸς ἑμάται, quæ decore pio  
 servant Penates: ita Esth. II, II. *Domus*  
*in qua electæ virgines servantur.* Virgines  
 veteribus magna diligentia asserva-  
 vantur, quin & intra turres conclude-  
 vantur, ut ex Danaum filiarumque Ly-  
 comedis historiola cuique constat.

*Casta licet patrum servet Proserpina*  
*limen.*

Maro L. 6.  
 Eneid. &  
 L. 7. Stat.  
 Theb. L. 1.

*Sola domum & tentas servabat filia se-*  
*des.*

Apud Propertium felix Admeti con-  
 jux limen amat.

*In ædiculam istanc seorsim concludi volo,*  
*Divortunt mores virgini longe à lupæ.*

Plaut. Ep.  
 333.

Vir-

Virginem flori secreto, in septis horis  
à pecoris & aratri dentibus tuto, com-

*Carm. nupt.*

parat Catullus. Thais apud Comicum  
sedulo mutoniato & bene vasato Eun-  
cho commendat, ne vir ad virginem a-  
cedat. Nec minus apud Judæos virginum

*2 Machab.*

*3, 19.*

*3 Machab.*

*1, 15.*

*Synoch. 42.*

*12.*

*Joseph. L.*

*7. c. 7. an-*

*tiqne.*

pudicitia vallabatur muris, & intra r-  
pagula παρθενῶνας sepiebatur. Philo 7-

λείαις δὲ οἰκείαις, καὶ ἐνδοῦ μόνῃ παρθένοις

μὴ εἰσω κλισιάδων, τὴν μεσαύλιον ἔσ-

πεποιημέναις. τελείαις δὲ ἤδη γυναι-

τὴν αὐλίον. *Fæminis autem convenit cu-*

*stodia domus, & assidua intus mansio: &*

*virginibus quidem, intra penetralia qui-*

*media casa continentur; mulieribus ver-*

*jam maturis, intra reliquam domum. Hæ-*

*custodiâ adolevit alma & beata Sol-*

*pitatoris nostri veneranda mater, und-*

*ab Eucherio justis κατὰ κλειστήν καὶ θα-*

*λαμνομομένη decoratur elogiis. Non i-*

*plateis erat, non in publico morabatur*

*intus erat, in penetralibus sola sedebat*

*nec tamen sola, tanto virtutum exerciti-*

*circumscripτα. & Prudentius Clemens*

*---*

*Innuba virgo*

*Nubit Spiritui, vitium nec sentit amo-*

*ris,*

*Pu-*

*In Apo-*  
*stheosi.*

*Pubertas signata manet, gravis intus  
& extra*

*In columis florens de virginitate pudica  
Iam mater, jam virgo tamen.*

Mansit Maria integra, innupta & signata, integrisque virginitatis septis ex utero virgineo Christum in dias solis lucisque oras solvit: *Ecce virgo concipiet &* Jesai. 7.  
14.  
*pariet, ait Apostolus & Euangelista* Exech. 44.  
*Esaias: & magnus Ezechiel per portam* 2.  
*clausam indicavit virginitatem hujus*

*virginis obseratam & obsignatam. Huc refer istud Salomonis: Hortus conclusus* Cant. 4, 12.  
Tertull. de carne Christi, Epiphani. 78. Clem. L. 1. Pæd. 8. & Ambros. 69. adde Hieronymum contra Helvidium & Pelagium.  
*soror, mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Recte itaque Diva virgo ab Hieronymo, Epiphanio, Tertulliano, Clemente Alexandrino & Ambrosio, illæsa virginitate peperisse censetur. Sibylla apud Maronem:*

*Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,* Virg. 4. Eclog.

*Jam nova progenies cælo dimittitur alto.*

Muhammedus innuptam integramque Mariæ virginitatem dignis extollit elogiis, Jesumque Adamo comparat, Alcor. Sur. 3. & 20.  
qui

Lege Patris  
Christopho-  
ri de Cas-  
tro. Hispan.  
Historiam  
Deiparæ  
Virginis.

qui sine virili fotu & femine editus e  
Novum super terram, Signata virg  
sine ullo γαργαλίσεως vertigine i  
sciens imprægnatur, & effundit in-  
maculatum filium. O virgo & mate-  
rationi omni inaccessa!

Adde §.  
15 de Pec-  
cato Orig-  
nali.

*Gaudia matris habens cum virginitate  
honore.*

O soboles miranda! Præputiati Sacerdotii Pontifex, Rex pacis, sine patre natus, quippe ex virgine, sine matre, quippe ante Luciferum ex utero genitus à Deo. Emmanuel nobiscum Deus ait Deus Pater. Verbum caro factum est & habitavit in nobis apud D. Joannem. Virginis semen caput serpentis conterere oportuit. Non potuit ex obscæno viri & mulieris actu, ad quem infano impetu feruntur mortales, gigni λόγος. Sed λόγος σαρκὸς ἐγένετο. & ipsa puritas in matrice coagulata, non potuit non nisi castitatis & continentię characteres in prægnante producere. Cœli nuntius ad virgunculam: Salve illibate virginis pudoris flos: Spiritus Sanctus si-

Luc. c. 1. *pe*

erveniet te, & virtus altissimi obum-  
 rabit, & quod ex te nascetur Sanctum  
 vocabitur. Ecce Dominus ascendet su-  
 per nubem levem. & processit ex  
 utero virginali parvulus, sicut virgul-  
 um è terra sitienti, virga de radice  
 esse. Hæc cælestis proxenetæ, Dei  
 paranymphe, Archangeli Gabrielis stu-  
 benda verba. Quæ ergo dementia est  
 Mariam aëre & spiritu quodam impræ-  
 gnatam, ut equa Hispanica apud Si-  
 cium Italicum, quæ

*Et Venerem occultam genitali concipit  
 aura,*

nelle credere. Dii Deæque! exclama-  
 rent Seneca & Lucianus, quam longe  
 nativitate Christi Jesu discrepat  
 Apollonii apud Philostratum, Home-  
 ri, Platonis, Alexandri & Scipionis  
 prodigiosa generatio. Alcmenæ,  
 Niobis, Laodamiæ, Electræ, Antiopæ,  
 Europæ, Ledæ & Danaæ pudicitia non  
 minus stupratæ & devirginatæ virgi-  
 nitatis suspicione laborat, ac Lycaonis  
 filiæ apud Nasonem & Ponticæ apud  
 Plutarchum. Quid vos Ægyptii, non-

*Compendii  
 causa lege  
 Cæliam L.  
 4, 10. &  
 L. 14, 1.*

*Tranq. in  
 Tib. c. 36.  
 Joseph. L.  
 11. c. 47.  
 antiq.*

G

ne

86 HADR. BEVERLANDUS  
ne Sacerdotes vestri lenonum parte  
sustinebant ? deciperis mi Paullina  
pernox Eleusis ululat & sacra tacite  
noctu peragit. Itane hoc nomine  
Æsculapio gratias agitis faucibus, quod  
Socratica fide sustulerit pedes vestros.  
O medicina gravis!

*Plaut. Curo.  
I, I.*

*Ideo fit, quia hic leno ægrotus incubat  
In Æsculapii fano.*

*Just. L. II,  
c. II.  
Liv. 26, 19.*

Ita Alexandri Magni mater Olympias  
cum vasro Nectanebo sub nomine  
Jovis rem habuit, verum velanda  
ignominia, ex antiquis fabulis de  
dracone commentum fidem reperit.  
Similia de Perictione Platonis matre,  
ab Apolline imprægnata, testimoniis  
Speusippi, Clearchi & Anaxilidis ad-  
struit Diogenes Laërtius: quam tamen  
non minus à Sacerdote quodam de-  
floratam, quam Augusti matrem,  
aut Rheam Silviam à fratre probe  
peculato fuisse subactas, quovis pigno-  
re certo. Cæterum hæc latius in *Libro  
I. Initiatis perspecto*. Vellem tam can-  
didi essent Antidicomarianitæ, inter  
quos Romæ quondam Helvidius, nu-  
per-

*Adde Plu-  
tarch. in  
pr. Rom.  
& Plin.  
36. c. ult.*



Uterque \* Bodinus , ut Mariam κομμο-  
 ρείαν , eamque postea virginitatis ru-  
 limentum Josepho delibandum ob-  
 tulisse , impie nimis asserere nollent.

\* In sacri-  
 rimis dis-  
 legis de ab-  
 ditis rerum  
 sublimius  
 arcanis.

Uterque enim noverat piaculum fore,  
 si fœtidum hominis semen recipere-  
 tur in eodem virginali , quod Sacro-  
 sanctum domini sui fuerat hospitium.

Clem. 8. 7.  
 Suidus in  
 ἱησῦς.  
 Origenes  
 advrs. Cel-  
 sium.

Perfide passa fuisset , inquit mastix hæ-  
 reseos Calvinus , se marito collocari ,  
 sanctumque conjugii fœdus non sine Dei  
 ludibrio sprevisset. Josephus vir justus ,  
 clemens , mitis , mansuetus , & candi-  
 dus Spiritus S. vim agnovit , ad quam  
 non minus stupuit quam expavit , no-  
 luit itaque sinceram castamque puel-  
 lam ἡδευματίζειν , dicam scribere ,  
 vel traducere , nec revelare eam , aut  
 in jus vocare , ut defloratæ naturæ  
 exemplum daret. Æstuabat animus

Deut. 22,  
 14, 15.

„ sanctus negotii novitate percussus. Sta-  
 „ bat sponsa prægnans : ( sunt verba P.  
 „ Ravennæ ) sed virgo. Stabat plena pi-  
 „ gnore : Sed non vacua pudore. Stabat  
 „ de conceptu sollicita : Sed de integrita-  
 „ te secura. Stabat vestita materno mu-

Serm. 124.  
 de generat.  
 Christi.

„re, sed non honore virginittatis exclusa  
 „Sponsus quid faceret? accusaret de cri-  
 „mine? Sederat ipse innocentiae testis  
 „Culpam diceret? Sed erat ipse custo-  
 „pudoris. Urgeret adulterium? Sed era-  
 „ipse virginittatis assertor. Quid faceret:  
 „cogitat dimittere, quia non poterat ve-  
 „foris prodere, vel intus quod evenerat,  
 „continere. Priusquam in unum con-  
 venerant, benedicti uteri tumor re-  
 pulerat pium sponsum: nec postea ca-  
 stissimae primiparae grabatum inscen-  
 dit. Quicquid argute nimis captat ex  
 praecedenti dicto Helvidius. Schemas  
 loquitur impostor. Quid si dicerem  
 iudicem de causa pronuntiasse, ante-  
 quam eam cognosceret, non sequitur  
 postea eum cognovisse, sed tantum  
 causa non cognita per satyram tulisse  
 sententiam. Votis nuptialibus pacto-  
 que jugali destinata, tanquam so-  
 rorem agnovit Iosephus, & ut conju-  
 gem contra injurias sub alarum tutela  
 defendit vir pius, unde Christus à  
 Iosepho adoptatus & educatus, non  
 minus filius ejus dicitur à plebe, quam  
 Dei

Luc. 2, 42.

☉ 4, 16.1

3, 23.

Dei gnatus veneratur à magis. Quotiescunque de utroque fit sermo, mater potius Christi, cælesti illius depositi, quam uxor Josephi nuncupatur. Ex quo apparet casu, Parentis filiiq; nominibus in turba usas mulierculas. Desponsata cum Josepho, patrono & custode suo, non nuptias sed Encænia perpetuo celebravit. Nihil magis obesse potuit Diabolo, quam celatus virginis partus. Candida matrona, nuptiarum futurarum flammeo se involvit, ut & sollicitatorem generis humani falleret, & tralatitiam lapidationem declinaret. *Ut Diabolus prius seduxit fæminam, inquit Bernardus, & postmodum virum per fæminam vicit, ita prius à fæmina virgine seducitur, & postea à viro Christo aperte debellatur.* Fidem prodicione lædunt, qui castissimæ Christi matri derogant, quod alioquin phalerato mango-  
nio adscriberent prophano puellarum choro. *Quod vel paucis mortalium constat Bernard.*  
*fuisse collatum, fas certe non est suspicari tantæ virgini esse negatum, per quam omnis mortalitas emerfit ad vitam.* Quid

90 HADR. BEVERLANDUS  
ultra petis? si fatendum multas puel-  
las insignibus animi corporisque doti-  
bus præluxisse aliis, cur quæso, quæ in  
aliarum Vestalium castimoniam, lucu-  
lenta largitus est Dæmon, ea in matri-  
sua gratiam nolisset conspicua effice-  
re Deus? Equidem fateor fratrum so-  
rorumque, in sacro codice mentio-  
nem, vel Josephi vel Mariæ nuptias  
spirare: fidem Hebrææ locutionis  
adpello, quia consanguinei commun-  
fratrum contubernio recipiuntur. Isti  
fratres, (quos ex alia muliere sus-  
ceperat viduus Josephus) seu comi-  
res eodem cum Christo domicænio  
& tecto usi sunt, adeoque fraterno  
Contubernalium amore eos profecu-  
tus fuit. Multa alia moderationis ve-  
recundiæque ratiocinia suppeditant  
Epiphanius, Theophylactus, Gregori-  
us Nyssenus & Hieronymus. In hunc  
locum multa cumulari possent ex  
Christophoro de Castro: sed volo ab  
extemporali digressionem recedere,  
adeoque ingentem sibi apparatus ex  
penu istius Jesuitæ sibi comparet flu-  
ctuans

tuans Helvidii Sectarius. Sacrilegium, per fidem! est dubitare de verreni Virginis Mariæ virginitate, um castitate & honestate, sororitate. Nacti ergo ipsius castitatis virtutem, nacti exemplar depingendi probam veramque virginem, gedum à B. Maria lumen lucemque ceneremini. Nihil torvum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inverecundum; non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior: ut ipsa corporis species simulachrum fuerit probitatis.

§. IX. Jam admiratione tanti mysterii satur, pacatus ad reliqua procedam. Illibata virgo, quæ nullo libidinis æstro maculatur, corvo albo nigrove cygno rarior, quia indies repagulis laxatis vagatur & pauperiem plusquam caninam committit. Si tamen occlusam teneramque nanciscaris, proculdubio pudibundam, piam, castam modestamque, invenies, dignam mehercule! ut regali purpura decorata, Principis fiat compar.

G 4

Quæ-

*Ambrosius  
L. 2. de  
Virginib.*

*Fama vaga  
prosiliet  
frans natura remota  
is. Hor.  
L. 2. S. 7.*

Quæcunque per stata temporis inter-  
 valla gynæcio clausæ, spissim egredie-  
 di licentiam obtinebant; earum arca  
 thalamo egressarum facer pudor pro-  
 caciore pubi venerationem incutiebat.  
 Nec diu multumque in celebritate  
 versatas ad tristem γάλαμον deduce-  
 bant Eunuchi, ne vagantes circa vic-  
 nas, levi indecoris notæ macula pollu-  
 rentur. *Propudiosum Romani putaban-  
 teste Tertulliano, si matrona in publico  
 videretur.* Insueta in publicum pro-  
 diens se peplo operiebat, unde Horati-  
*abdita.* Cajus Sulpitius Gallus uxo-  
 repudium misit, quod aperto, & no-  
 velato, vertice in publicum esset versa-  
 ta. Induperatrix Poppæa apud Taciti-  
 tum, raro in publicum egrediebatur  
*idque velata parte oris, ne satiaret aspec-  
 tum, vel quia sic decebat.* Si non fastidis  
 abditum fœminarum ornatum, lege  
 sodes Tertullianum *de velandis virgi-  
 nibus* ibique J. L. dela Cerda. Nova  
 nupta ob reatum depravatæ natu-  
 ræ, cui solatium & gaudium crearet  
 maritus, se peplo & flammeo ob-  
 vel-

*Tertull. de  
 Pallio.*

*L. 3. Od. 16.*

*Val. Max.*

*L. 6. c. 3.*

*13. dissen-*

*tit Plu-*

*zarch. in*

*Quæst. R.*

*Tertull. de  
 de corone  
 milit. c. 4.*

volvit, ne pudicitia ejus pollueretur  
 aspectu\*. Neque enim me piget no-  
 vam rationem addidisse. Hæc ipsa  
 quum se involvit palliolo, tanta gra-  
 tia conciliabat abditam, tam dulcis  
 motus per artus mulcebat amorem  
 sponsi, ut pietate mitigatus innocen-  
 tem puellam brachiis suis ipse conte-  
 geret, deduceretque ipse in thalamum,  
 tumque mille osculis quærens volup-  
 tatem robustam cum flammeo & ejus  
 pudorem excuteret, revelaretque tur-  
 pitudinem maturæ virginis. Tibull.

\*Flor. 4, 2.  
 Sic Rebecca  
 Gen. c. 24  
 65.

*Ut juveni primum virgo deducta marito* L. 3. El. 4.

*Inficitur teneras ore rubente genas.*

Faciem flammeo nubebat velabatque  
 sponsa, ne nuptis verbis pudorem ei  
 extorquerent prætextati. Ælius &  
 Cincius apud Festum hæc nos docent.

Plin. 28, 8.

Varro à nuptu Neptunum & nu-  
 bes, quod terras vaporibus obnubant,  
 deducit. μάσκας ἔ βασκας operie-  
 bant pudorem, tegebantque faciem,  
 ut fascinum averterent. Deme super-  
 cilio nubem, & intelliges puellas tam  
 anxie sollicitas fuisse de velanda facie,

Varr. 4.  
 L. L. adds  
 Isid. l. 9.  
 c. 8.

94 HADR. BEVERLANDUS  
ut nubentes rorem ipsum viro de-  
bandum fervarent, idque ut dulce  
nuptias facerent. Nupturientes apud  
Europæos operto incedunt mimice  
collo, ut innuptis nuptiis fratrem si-  
conciliarent: nuptaque verba gannit  
rancidulo excipiunt innuptæ puellæ, u-  
enubentes & innubentes connubiur  
inirent autumnale. Intemperans libid-  
nugatorem hæc docet, qui rivulam  
bifidamque uberum vallem, tremuli  
vorans oculis perditæ pudicitæ eju-  
insidias struit:

*Naso L. 4.  
Met.*

*Spestat eam Tereus præcontrectatque  
videndo*

*Oscula, & collo circumdata brachia  
cernens,*

*Omnia pro stimulis facibusque, cibo-  
que furoris*

*Accipit.*

In honorem Veturæ & Volumniæ  
sanxit Senatus R. ut fœminis semitâ  
viri cederent, vetustisque crinium in-  
signibus novum vittæ discrimen adje-  
cit. Vittæ constringebantur comæ.

*Maro L. 8.  
Ænid.*

*Et vittæ comptos voluit prætere  
ramos.*

*Sit*



*Sit modo casta doce, quamvis non  
vitta ligatos*

*Tibullus*  
I, 6.

*Naso L. 4.*

*Fast. 6.*

*L. 1. Met.*

*F. 6.*

*Impediat crines, nec stola longa pedes.*

*Ite procul vittæ tenues, insigne pudoris.*

*Scriptimus hæc illis, quarum non vitta  
pudicos*

*Contingit crines, nec stola longa pedes.*

*Decidit ante sacros lænea vitta focos.*

*acerdotes & eruditos niveâ vittâ dif-  
retos in Elysiorum campo, cecinit*

*Maro:*

*Omnibus his niveâ cinguntur tempora  
vittâ.* L. 6. Æneid.

*Vittatas enim Cereris Sacerdotes vit-  
æ privilegio decoratas constat ex Lu-  
ciano, licet Vestæ contubernium face-  
rent incestuosæ veneficæ. unde Juve-  
nalis,*

*Paucæ adeo Cereris vittas contingere  
dignæ,* Sat. 6.

*Quarum non timeat pater oscula. -*

*Nolo autem operosè huc congerere,  
quibus tæniis neglectam sine lege co-  
mam coërcerent prodigæ. Molestum  
foret & plagulæ, calanticæ, reticuli,  
riculæ aliorumque tegminum seriem,  
tu-*

96 HADR. BEVERLANDUS  
tuberofissimo comprehendere comate. Rica virgines nubentes & sacerdotes sacrificantes, Vestales suffibulabantur, ricinio autem mulierum prophanæ utebantur. quæ omnia ætiorum æstu suppeditant Nonius Festus. Nihil jam memini, nisi Lacinas virgines operta facie, virum sperante, in celebritate versatas: Uxor autem abdita forma per urbem furta incessisse, ut intactam venustatem sibi marito servarent. *Virginibus quærentur sunt viri*, ait Charilaus, *mulieribus opera danda ut servent maritos*. Audere enim non licere cuiquam virginum matronarum in Italia involuto capite in publicum procedere. Ardescit tuendo Phœnissa, & ex ea toto pectore concepit flammam Juvenis, cujus modum nullæ funditus visu exarueret. Anacreon:

Plutarch.  
in Lacon.

Νικᾶ δὲ τὴ σιδυρον  
καὶ πῦρ καλὴ τις ἔσσει.

Belgarum populus puellas, sub pallio lo latentes, atque huc & illuc vagantes, pudicitia suspectas habet, utpote pro-

ostibulorum, urentes oculos inhibere  
citorum, gnarus, scit aliquid semper  
iis objici, quo infelix patientia &  
ostituta modestia lateat. licet multæ  
oridæ, nullo palliolo cultæ, vagen-  
t, quæ æque recta facie & strictis  
amillis formam venditant, ac illæ  
soletis flammeis amictæ,

*Hanc volo, quæ facilis, quæ palliolata* Mar.  
*vagatur.*

*Sumere nocturnos meretrix Augusta cu-* Færenal.  
*culos.*

*Agrum tu facito ut simules, nec turpe* Naso.  
*putaris* vide Plant.

*Palliolum nitidis imposuisse comis.* Pseud. 5 1.  
Ira Thia-  
mar.

apud Nonium Marcellum penulam in G. n. 38.  
pite inducere, & injicere riculam. &  
apud Hefychium τὸ βαμβύρινον ὑφασμα,  
Suidam, τρίχαπλον, capillare bom-  
ycinum capillis imponebant. Ovi-  
ius: - *nec habens crinale capillis.*

olebant tamen apud Gentiles fœmi- Vide Var.  
æ velatis capitibus inter sacra versari, L. 9. LL.  
Rica.

t eo gestu se humiliores redderent, &  
e quid ignominiosi & ominosi alium- Platarch.  
e oculis incurreret. Varro L. VI. LL. in probl.

Tu-

Innupta  
tamen apud  
Maronem  
L. 2. Æ-  
neid. sacra  
canit.

*Tutulati dicti, qui in sacris habere so-  
bant in capite metam. Capital à capiti  
quod sacerdotale in capite etiam nunc  
lent habere, ut suffibulum & mitram.*

Virgilius.

*Purpureo velare comas adopertus am-  
tu,*

*Nequa inter sanctos ignes in hono-  
Deorum*

Ad locum  
I. Corint.  
9, 10.

*Hostilis facies occurrat, & omnia tu-  
bet.*

vide §. 4.  
de Peccato  
Originali.

*Hunc socii morem sacrorum, hunc ip-  
tenet.*

*Hac casti maneant in religione nepote  
Licet munditiis fæminis studere liceat,  
dedecet tamen eas diem inter specu-  
lum & pectinem perdere, multaquæ  
alia inutiliter, quæ viros nescire dece-  
ligurire. Coma in nodum collecta mu-  
lierem arguit, eam autem auri ramer-  
tis anxie polire degneris animi est. Co-  
marum circulos per gradus in conur-  
fastigatos, velut stationes discernit  
petulantis puellæ, non frugalis est ma-  
tronæ: nam dum coluntur & comun-  
tur, annus cito pede labitur. Joven-*

Juv. Sat.  
O.

*Tanti est quærendi cura decoris,*

To

Tot premit ordinibus, tot adhuc compa-  
gibus altum Ædificat caput.

Stattius in Violantillæ Epithalamio,

Celsæ procul aspice frontis honores

Suggestumque comæ.

lavis olim capillis virgunculæ incede-  
ant, nunc caprarum capillitio frontem  
mant domicellæ, quibus cincinnis,  
ie Dius fidius! lasciviam istius animalis  
bi ingenitam maritisque cornua ex-  
robranda fatali minantur prodigio.

Hædina tibi pelle contegenti

Nudæ tempora verticesque calvæ.

Nunc pupæ his cincinnis ludunt in  
cholis, juvencæ cirris his elatæ salu-  
antur in foro: & quod utroque tur-  
ius est, naturales capillos acaciæ fucō  
leturpant, & antequam tempus re-  
oscit \* canitie adulterina venerabiles  
è deridendas & comedendas propi-  
ant. Ælianus pilos caprarum βοσπύ-

χῆς ἢ ἔλικας κόμης comarum cinnos vo-  
cat: comarumque suggestus τάξι in-  
digitant Græci. ὑπεπέζειν χεὶ τὰξι.  
Euripidi πλόκαμον ῥυθμίζεσθαι. Naso,

Pone recompositas in statione comas.

Ad-

Ovid. 2.  
Fast. Epist.  
19. Her.  
Virg. 4. Æ-  
neid.

Adde  
I Sam. 19.  
13.  
Cant. 4, 1.

Mart. L.  
12. Ep. 45.

Πηλίκη  
παρῆγε.

\* E contra  
vetula O-  
vid. L. 3.  
Arte.

L. 16. c. 37.

Adjuvat mollitem reticulum con-  
ingentibus turritum, sed quid si-  
gula prosequar? *Virginari volunt se  
capitis nuditate, (sunt Tertulliani effi-  
ta) uno habitu negantes, quod toto sug-  
stu profitentur. De Messalina Satyricu  
Nigrum flavo crinem abscondente gal-  
ro.*

*Vittæ notam & privilegium galeri con-  
jungit Tertullianus. Præter ex-  
vias & induvias plures & tibi doi-  
mienti occurrunt, adeoque conter-  
tus his, reliqua prosequamur. id ta-  
men tibi prædictum scias cincinno  
calamistratos & nudatam cervicer  
sœnum habere in cornu, lascivumqu  
promittere animum. Tibi autem bel-  
lo, ut sœmina compto, Dî te Deæqu  
Verum ad consilium donent tonsore. Inter  
ea sparsos sine lege crines adducto no-  
do revocent matronæ: nam facies na-  
tiva specie nudata horrorem incuti  
fratri. Venus ipsa, teste Apulejo, lice  
omni Gratiarum choro stipata, & toto Cu-  
pidinum populo comitata, & balteo su-  
cincta, cinnama fragrans & balsama ro-  
rans,*

DE S. VIRGINIT. JURE. IOI

ans, si calva processerit, placere non poterit, ne Vulcano quidem suo. Et utcumque tibi imponi posset, si D. Paulon auscultes, Plutarchus te convinctet. *Quæst. Rom. c. 2.*  
Σωηθέτερον δὲ καὶ ταῖς μὲν γυναιξὶν γκεκαλυμμέναις, τοῖς δὲ ἀνδράσιν ἀκαλύπτοις εἰς τὸ δημόσιον ᾤσιέναι. *Petron.*

*Scorta placent, fractique enervi corpore gressus,*

*Et laxi crines, & tot nova nomina vestis*

*Quæque virum quærunt.*

in rabiosam petulantiam barbarasque nebulas graphice multi perorarunt.

Virginibus & matronis pudorem & honestatem commendat D. Paulus.

Vult mulieres se ornent amictu honesto cum verecundia & modestia. Viderint

matronæ, ne cum veste pudorem excuciant. Jam verticem jam cervicem, jam

manus, jam pedum candorem vitta & stola, palla & zona involverant pudicæ.

Muliebria vestimenta sunt, discernente *L. 23. D. aur. arg.*

Ulpiano, quæ matrisfamilias causa sunt *lege L. Bay-*

comparata, quibus vir non facile uti potest *fium.*

sine vituperatione, veluti Stolæ, Pallæ,

H

Tu-

*Tunicæ, Capitiæ, Zonæ.* Zona nodi  
Herculaneo cincta solvebatur, cum  
devirginabatur nova nupta sub ausp  
ciis Deæ Virginensis.

*Catullus.* *Tam gratum mihi, quam ferunt puellæ  
Pernici, aureolum fuisse malum,  
Quod zonam solvit diu ligatam.*

Mart. in Apophor.

*Longa satis nunc sum: dulci sed ponderosa  
venter*

*Si tumeat, fiat tum tibi zona brevi.*  
Strophium, teste Nonio, est brev  
fascia, quæ virginalem papillarum tu  
morem cohibet. Catull.

*Non tenui strophio lactantes vinctæ pa  
pillas.*

Libidine evigoratum Martialem a  
Uxorem quæso supinis auribus audito

*Fascia te tunicæque tegunt, obscure  
que palla:*

*At mihi nuda satis nulla puella placeat*  
Fallitur Embasica, Doridam vetu  
amator nunquam contempsit. habe  
tu quidem pellicem, sed quid prohi  
bet te curruam fore. tu tamen, venu  
sta mulier, dignare meum consilium  
quon



quum libuerit, adgnosere. Imo, inquam ego, per formam pudicitiamque tuam rogo, ne fastidias Quirites inter censores admittere. Tinctura Sardi- niaca & alia omphacina, seu oleagi- na, rosacea, coccina excogitata sunt à perniciosis delectationibus, quo fit ut ad visum jam conferatur vestis, non ad integumentum. Solebant quæ- dam, teste Hieronymo, cum futuram virginem sponderint, pulla tunica eam induere, & furvo operire pallio, au- ferre linteamina. Nondum lauta in- duebat armaturam pudoris, circum- ducebat vallum verecundiæ, murum sexui suo instruebat: vitta & stola usa fuit prudentissima fœmina, ne emit- teret vel admitteret oculos alienos. Nec enim Senatus Populusque R. fi- nit, ut eodem habitu meretricum ma- tronarumq; corpora venerentur. Ma- tronas eas appellabant, teste Festo, quibus *L. M.* stolas habendi jus erat. Stolam autem describit Isidorus, *operimentum matro- Lib. 19.* nale, quod cooperto capite & scapula à dextro latere in lævum humerum mitti- tur,

104 HADR. BEVERLANDUS  
tur, quam instita assuta ambibat. Hor-  
tius :

*Matronæ præter faciem nil cernere pe-  
fis.*

Martialis :

*Rugosiores cum stola geras frontem.*

L. 2. c. 1. Pulchre Val. Maximus : *Sed quo matr-  
nale decus verecundiæ munimento tui  
esset, in jus vocant : matronam corpus ej-  
attingere non permiserunt, ut inviola-  
manus alienæ tactu stolæ relinqueretur.*

L. 5. c. 2. alibi : *Sauxit Senatus, ut fæminis semia-  
viri cederent, confessus plus salutis Reip.  
stola, quam in armis fuisse. Una igitur  
in orbe Romano reverentia fuit ergo  
stolas, adeo ut stolata matrona om-  
nis pudicitæ & verecundiæ esset exem-  
plum. hinc Epigrammatum vaferr-  
mus scriptor :*

L. 10. Ep.  
5. *Quisquis stolæve purpuræve contemtor  
Quis Floralia vestit & stolatum*

L. 1. Ep. 36. *Permittet meretricibus pudorem.*

Peccandi Ephorus :

L. 3. El. 3.  
de Ponto.  
L. 1. Arte.  
adde Ti-  
bull. 1. El.  
6. Stat.  
L. 1, 2. *Scrisimus hæc illis, quarum non vittæ  
pudicos*

*Contingit crines, nec stola longa pedes*

E

*Et quid ab hac omnes rigida submovi-  
mus arte*

*Quas stola contingi, sumptaque vitta  
vetat.*

*Este procul vittæ tenues, insigne pudor-  
ris,*

*Quæque tegis medios instita longa  
pedes.*

Horatius :

*Ad talos stola demissa & circumdata  
palla.*

Marcus Tullius de Antonio: *Sumpsisti  
virilem togam, quam statim muliebre  
stolam reddidisti. Segmenta, & longos  
habitus, ad imos pedes demissos, quo-  
rum imam partem instita assuta ambi-  
bat, sumebant quæ castæ haberi vel-  
lent. Multi Cupiennii*

*Sunt qui nolint tetigisse nisi illas*

*Flaccus.*

*Quarum subsuta talos tegat instita veste.*

Non imprudens consilium filiabus sup-  
peditant matres, ut femora non solum  
interiori tunicâ, interulâ aut subuculâ,  
ut quondam Corinna; sed lineis femina-  
libus tritaque bracha contra doctas pe-  
tulantium fratrum manus muniant. Per

H 3

fidem

fidem Lex illa Deuter. 25. de sævit  
vindicantis veneficæ, viri pudenda a-  
prehendentis, sub pœna diminutionis  
manus, non leviter perpendenda. Sed  
Noachus, nec Jul. Cæsar, nec Philippus  
Macedo, nec ipse Cato usi sunt indumento,  
quo velarent femora ac pudenda. Augustum  
tempore hiberno usu feminalibus testatur  
Tranquillus, qui tamen cum caligis & tibialibus  
madidatis ad brachias retuleris, notante Casaubono.  
Chlamydem sæpe diffluere solent tam notius est,  
quam ut probatione egeat. Saturnini milites  
apud Trebellium cum sagis discumbebant, ne  
inferiora nudarentur. Vocem *brachæ* Gallicam  
esse, autumarunt Siculus, & Hesychus. Gallis  
*braye*. Tacitus *barbarum tegmen* indigitat.  
harum meminit Naso  
*Pellibus & sutis arcent mala frigor  
brachis*  
*Oraque de toto corpore sola patent.*  
Cum autem in sacris Priapi Sacerdotes  
subducti, tunicis ad obscœnum inguerunt  
usque faceti, virilia sua ostentarent spissimam,  
& in Cybelæ Sacris Gallus auru-  
spex

Suet. c. 82.

Plutarch.

Ita Sarmatæ apud

Pompon.

Melam l. 2.

c. 1. &amp; 5.

Plin. l. 3.

c. 4.

\* Negat Sal-

mas. c. 1.

ad Tertull.

de pallio.

&amp; Casaub.

ad c. 72.

August.

Vide &amp;

Dionysius

res ad Hist.

Aug. Scri-

ptores.

\* Ut Geta-

rum, Sar-

marumq;

Ovidio Pet-

sica bra-

cha. lege

Cluveri

Germa-

niam.

Ovid. l. 3.

El. 10.

Val. Flac.

Argon. l. 5.

Mart. l. 3,

23.

ſpex à ruſtico inter luſtandum illude-  
batur miſere, ideo juſſit Deus, ut Sacer-  
dos tibialibus brachiſque indutus, non  
per gradus, ſed planitiem ad altare af-  
cenderet, ne neceſſe habeat increpari,

Μικρόν κατωτέρω τῷ χλαμύδα σποιήσον.  
De pudicitia matronarum non habeo  
quod timeam, licet ſola tunica ince-  
derent. Nam nihil eſt commodius,

quam rem abditam cupidis propinare:  
nec ulli enim celerius fratres incidere  
ſolent in rem lubricam, quam qui-  
bus negata videtur. Unde proſtitutæ  
viverent, niſi aliquid pro hamis in-  
turbam mittant, quo diſtenta volup-  
tas latere poſſit. Omnia, inquam,  
iſta vera ſunt. Sed quid obſtat obtor-  
to \* collo Legem v. cap. xxii. Deu-

teronomii huic ſexui objicere: *Non*  
*induetur mulier veſte virili.* Adde L.  
xxiii. §. 2. D. de auro & arg legat.

Matronæ virgineſque, quam male eſt  
extra legem viventibus! quia noſtis  
Venerem veſtram, extra menſuram  
aberratis. *Brachata virgo* non aliter  
audit quam ſi *Lacernatam* diceres

*Lege Am-  
broſ. L. 1.  
Off. & Hie-  
ronym. ad  
Fabiolam  
de veſte  
Sacerdo-  
tali.  
Exod. 28,  
42.  
Ezech. 44,  
18.  
Dan. 3,  
21.*

*\* Lege Voſ-  
ſium L. 2.  
p. 440,  
466. de  
Idolol. Sel-  
den. de Diis  
Syris p.  
280. & no-  
vam expli-  
cationem in  
nupto opere  
meo. L. 1. c.  
5. Eufeb.  
in vita  
Conſt. M.*

108 HADR. BEVERLANDUS  
amicam, indignante Ferrario. Juvener-  
lis enim de Nerone, qui cum Spo-  
in delubro ac sellario nuptias fecera

*Ipsē lacernatæ cum se jactaret amic*  
Nolo tibi tam valde placeas, Galli  
domicella: nisi curta admodum pa-  
vagari velis, de qua Martialis L. I.

*Dimidiasque nates Gallica palla teg*  
Strabo de Gallis: *Pro tunicis gesta*  
*vestes apertas, manuleatas, usque*  
*puerenda & nates.* Noli decipere mol-  
tiem sexus tui, nec ab aliquo natura  
decere formam tuam excæca.

*Virginei crines auro gemmaque pro-*  
*muntur*

*Et tegit auratos palla superba pede*  
Horat.

*Post hæc personæ, pallæque reperto*  
*honestæ*

*Æschylus.*

Tibullus de Sulpitia:

*Urit seu Tyria mavult procedere palla.*

*Fusa sed ad niveos lutea palla pedes*  
Puellæ & niveas furas aureis perisceli-  
dibus & vinclis cingebant, & in in-  
cessu spissim elevabant tunicam, u  
eo

orum aspectu irritarent emeritos.

*Fædius hæc aliquid quandoque audebit amictu.*

Nequitia Magister fratribus suppetit, it aliquando pallium togamque elevent. Vestiti scorti facies multis placet. Si qua amatori fides est, victoria, nquit, parata nauseam parit. retia ninis hiantia vitat & prætextatus: adeoque composita amicæ vafricies multis gyris sollicitatur, & si furtim quid petulantius & flagrantius committatur, facile ignoscitur, licet obliquo collo pedes puellæ decoros basiet frater.

*Pallia si nimium terræ demissa jacebunt*

*Collige, & immunda sedulus effer humo,  
Protinus officii pretium, patiente puella,  
Contingent oculis crura videnda tuis.*

Sed manum de tabula, vetusti habitus synthese dulcius ex ipsis classicorum auctorum fontibus percipies, vel si alia ex rivulis confectari velis, consulito sodes Octavium Ferrarium, Philippum & Albertum Rubenios & L. Bayfium, inter quos hæc ferra fla-

H 5

gran-

110 HADR. BEVERLANDUS  
granter reciprocatur. Contentus hi  
ce encaniis, pergam me voto exfo  
vere. Multa etiam de varii color  
mitris, coma flava, tunicis inconsutis  
toga infelicissimarum publicæ libidin  
victimarum, earumque florida &  
multitia veste, nebulis lineis, Coo in  
volucro, quod denudat fœminas  
coadunare in unum valerem: verum  
cum tinctis murice vestibus noct  
dieque utuntur Philenidis diffututa  
neptes, ideo illæ commodius in libro  
nupto recensentur, utpote quæ na  
turam formamque ejus egregie de  
cent. Ego autem nactus occasionem  
matronarum honestos habitus & mo  
res titionibus depingendi, Prostibula  
excludo. Levis fracti habitus pruina  
nihilominus rorificat hoc comma. No  
li tamen putare modestiæ gradus adeo  
apud gravem Quiritium Senatum  
exulasse, ut λεπτὰ χλαυίδια tenuesque  
lænulas matronas decuisse, suspiceris.  
Lex enim armata insurgit in hanc le  
vitatem mimicam, constituitque in  
ter honestarum virginum prostibulo  
rum-



imque probroforum habitum, dif-  
 rimen haud exiguum. Si quis adeo  
 roxax fit, ut in publico obviam sibi  
 ctam, stolaque ornatam, osculatus  
 erit, vel proterve tetigerit, vel eam  
 flectetur, id est, tacitus crebro se-  
 uatur, vel matronæ virginisque pu-  
 icitiam attentet, obscænisque ver-  
 is acerbis earum aures inquinet,  
 injuriarum tenetur, & si iterum ad <sup>Molleri</sup>  
 centiam redierit, relegabitur. Si ta- <sup>Scm. 3.27.</sup>  
 aen ancillari veste vestitas appellasset,  
 minus peccare videtur: multo minus si <sup>L. 15. §. 15.</sup>  
 aeretricia veste fæminæ, non matrisfa- <sup>D. de In-</sup>  
 aillas vestitæ essent, ait Ulpianus. Ma- <sup>jur.</sup>  
 ronæ tunica talari, stola & palla,  
 neretrices brevibus tunicis incede-  
 oant, ut pauperes:

*Et brevis atque eadem nocte dieque* <sup>Mart. L.</sup>  
*toga.* <sup>11, 57.</sup>

Ita Lacænx virgines Φαινομηίδες, ge-  
 nua nuda luctatoribus divaricabant:  
 nam stolæ earum circa genua finie-  
 bant. unde Clemens Alexandrinus:  
 ἔδὲ γὰρ ὑπὸ γόνυ, καθάπερ τὰς Λακείνας <sup>L. 2. c. 10.</sup>  
 Φασὶ παρθένης, ἐπολίωται καλόν. ἔδὲν <sup>Paedag.</sup>  
 γὰρ

γὰρ μέγ' ἔπιπ' ἀπορμηδ' αὐτῆς γυναικὶς  
δ' ἄπειπ' ἐς. Pollux χιτῶντος χιτῶντος. Quid

L. 20. D.  
Locat.

stolatum pudorem meretrici togam  
permittit? *Talis enim quis judicari*

Apol. 6.  
adde L. 4.  
C. de Epif.  
aud.

*let, qualis extrinsecus videtur. Min*

Murr.  
Cist.

prohibentur matronali habitu inc-  
dere apud Tertullianum. Honest-  
itidem virgines plerumque cum p-  
dissequa in publicum prodibant. Apud  
Comicum: *Sequimini comites in prox-*  
*imum. Subito famam tollunt, si qua-*  
*sola vident in via. & alibi, Adstat ea*  
*in via, sola: prostibulum sane est. Quar-*  
*doque & nobiliora scorta aiebant ar-*  
*cillas. Messalina una ancilla noctu a*  
*lupanar prodibat. Naso:*

*Fac Domina potiare prius, comes ill-*  
*sequetur,*

*Non tibi ab ancilla est incipienda Venu-*  
*& Plaut. Volt placere sese amicæ, voi-*  
*mibi, volt pedissequæ. Theodoram so-*  
*roris suæ pedissequam, ei subsellium*  
*plicatile, quo in congressibus seder*  
*consueverat, humeris tulisse Proco-*  
*pius auctor est. Apud Arbitrum*  
*Ego sum ancilla Quartillæ. Ut si depu-*  
*gnan-*

mandum foret, ipse cum Quartilla considerem, Ascyrtos cum ancilla, Giton cum irgine. Apud eundem non vidua phesina, sed & Tryphæna & Chrysis ancillarum grege prodierunt. Apud Syracusanos lege cautum, ut rostribula gererent *μεφουεῖς ἐχέουαs ἀγυφὰs*. apud Athenienses floridis estibus incedebant. Domitianus pro-  
 rosis fœminis lecticæ usum ademit.  
 ta & Carolus v. nec non Eduardus  
 11. luculentam, inter utriusque vitæ  
 nodum, differentiam constituere.  
 Brunemannus non è re reipublicæ fore  
 utumat, si impudicæ mulieres ipso ha-  
 bitu sceleratum vitæ genus vendita-  
 rent. Nullus inficias eo, non è salute si-  
 gulatæ pubis esse, si certa indicia veti-  
 æ vitæ tremulis intueretur oculis Ve-  
 neris nepotulus: nam ubi Venus puni-  
 tur, gliscit libido. Verum ubi publica  
 libidinum consistoria permittuntur,  
 Venus æque suam hederam habet ac  
 Bacchus, ibidem sacratus matronarum  
 honor dictat, ut decernatur ab iis, qui  
 venalem formam suam prostituunt.

Tum

*Novæ Re-  
 cap. Phi-  
 lip. II. T.  
 12. l. 7.  
 Baker P.  
 1. p. 370.*

Tum distenta libido detumescit ,  
 nassæ cassesque tutius vitari possunt  
 Seria hac objurgatione finita , pœn-  
 tentiam agere sermonis mei cœpi , 1  
 cretoque rubore perfusus stylum ve-  
 to , dum puellas nostrates adeo v-  
 recundiam suam perfriçta fronte e-  
 cutiant , ut à lupis , tremula clune e-  
 tentoque collo saltantibus , vix disce-  
 ni possint. Quapropter si multitia  
 variegata ejus veste labefactati Studio  
 si , affectati eam fuerint , sibi imputo  
 matrona , quod nassis illaqueaverit ec-  
 rum animos. *Nec minus ergo , justis erro-  
 ris excusatione crimen deprecatur , testis  
 Fabio , qui in lupanari cum aliena uxore  
 à 'εγυφ̄ flagrantique busto deprehensus  
 fuerit.*

*Arg. L. 21.  
 D. Quod  
 erot. caus.*

*Auferimur cultu , & gemmis auroque  
 teguntur*

*Omnia , pars minima est ipsa puella  
 sui.*

Duræ stantesque mamillæ Veneris  
 languentis irritamenta urebant juve-  
 nem , itaque cœstro percitus primum  
 implere solet lactentibus papillis ma-  
 nus,

us, mox basio inhærens in sinus pro-  
 rve nec minus licite manus inserit.  
 acteolæ papillæ, sine lintheo nimium  
 bricæ aspici, ad Venerem vocant  
 nantem, qui facile scit, licet non sit  
 ivinus, quid cupiat Glyceræ nitor.  
 Edepol papillam bellulam! Quid hoc  
 st aliud quam irritare cupiditates ho-  
 inum per se incitatas.

- - - *Hoc ubi vidi,*

*Oscula ferre humero qua patet usque  
 licet.*

Jam quis colles tantos, tantasque  
 byrtes intueri posset, qui non statim  
 oræ desiderii æstuantis aura, trepidans  
 palpitanisque adhinniat? Dulce riden-  
 tem Lalagen, dulce loquentem Lai-  
 lem subagitant fascino & formæ le-  
 pore occisi nepotes. Cor ritè ipsis fa-  
 cit, si subriserit molle puella, suavio-  
 lum dulci quavis ambrosia dulcius si  
 ultro infligat, per Venerem! pecca-  
 tum suum originale expiari anhelat.  
 Ut vidi, ut perii! nudum pectus folli-  
 citare posset Deos. Aucupium amo-  
 ris in medio sui fascino nutrit, &  
 pro-

*Quale de-  
 cus tumi-  
 dis Paris  
 de marmo-  
 re mam-  
 mis.*

*Tenta modo  
tangere cor-  
pus, jam  
tua melli-  
fluo mem-  
bra calore  
fluunt.*

propria nota poscit, appellat. Ne  
itaque, mi blanda, de injuria que  
si obtutibus hærentem & cor capi-  
vum & illecebris tuis imprægnatum  
mira arte fascinaveris, non hæret  
amor, sed interea ocelli sibi quæru-  
vulnus, si qua sedet candida aper-  
pectore papillam pertractant digi-  
pandit statim suavia, mox cubat frater-  
culus obtorto valgiter labello, nec  
reoque linguæ occurfantis illisu, ni-  
mini sine retibus uti datum est.

*Credo aliquis Dæmon, subiens præco-  
dia, flammam*

*Concitat, & raptam tollit de cardine  
mentem.*

Illuc petimus, unde amore faucii fi-  
„ mus. Papillæ fasciolis comprimuntur  
„ & crispanti angulo angustius pectus  
„ arctatur, capilli vel in aures defluunt  
„ palliolum interdum cadit, ut candido  
„ nudet humeros: & quasi videri nolueri  
„ celare festinat, quod volens detrax-  
„ rat. & faciem, lupanarium arte id se-  
„ lum ostendit quod aperte ostensum mag-  
„ placere potest. Sic in throno desuda-

V

it Hieronymus, & in exedra Cyprianus: Ornamentorum ac vestium insignia & lenocinia formarum non nisi prostitutis & impudicis fœminis congruunt; & nullarum fere pretiosior cultus est, quam quarum pudor vilis est. Quam imrobe Juvenum circumspēctatrices, uam immodice sui ostentatrices, rient argutoque ocello annuunt, & lubenti labello priapulos comedunt.

*Dulce quoque est oculis nutantibus oscula ferre*

*Autoresque sui demeruisse mali.*

ectantur carpento & ad umbilicum udæ post siparia latent. Oneri sunt estes, adeoque sericas nebulas, quas non sumeret damnata, longinquo ore & multiplici opere à Barbaris acerfitas, induunt, quibus se totas quantasque denudant. Ne quis id naturæ imputet, quod artificis est, dico formam plus arti quam naturæ debere. Argute naturali decore suo ornata rutilicola ad fucatam domicellam apud Const. Hugenum:

*Wat geeft de schei aan't mes, den blaker*

I

ker

ker aan de kaars?

Die mooi is, is 't in 't hembd: ik thoo  
naars om naars.

Crassa olim veste pinguis Gallia v  
stivæ cives, nunc levis quascunque n  
tiones sericis linteis, quibus pulchrit  
do non ornatur, sed prostituitur, dev  
nustat: Vestes ab Assyriis, Æthi  
pibus & Seris textas, ingenti summa  
multiplici opere accerserunt Roma

Dion. l. 43. unde Dioni  $\chi\lambda\iota\delta\eta\ \beta\acute{\alpha}\rho\beta\alpha\sigma$  G. Ex Inca  
carum bombycum lanugine redord

Plin. II,  
22. & texere vestimenta docuit Pampha  
Latoi filia. Quod tentavit Salomon

I Reg. IO,  
28. id Justinianus obtinuit, ut ex ip

2 Chron. I,  
16. bombycum ovis ex India Constans

Procop. B.  
P. nopolim accersitis, serica vestimen

confici voluerit, artemque ad amicos  
detulerit, totamque culturam invidio  
proditione detexerit. *Fæmineum luc*  
*sic per bombycina corpus.* teste Martial  
& Tibullo:

*Illæ gerat tenues vestes, quas fæminæ*

*Coa*

*Texuit.*

Non ægre ferat lector, si nimis decar

t:



tam Senecæ subjunxerim indigna-  
 onem. *Video, inquit, sericas vestes, si* L. 7. c. 9.  
de benefic.  
*vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est,*  
*quo defendi aut corpus aut pudor possit.*  
*in quibus sumptis, mulier parum liquido, se*  
*vidam non esse jurabit. Hæc ingenti sum-*  
*a ab ignotis etiam ad commercium gen-*  
*bus accersuntur, ut matronæ quidem no-*  
*ræ, ne adulteris quidem plus suis in cu-*  
*iculo, quam in publico ostendant. Tu-*  
*icam crocotulam, spectabilem inum-*  
*rantem pubem, curiosus ventus satis*  
*manter lasciviens reflat, ita ut dimo-*  
*stra paterent bellulæ coxendices, gracile*  
*scrotum, juvenile jecur, crispantes nates,*  
*et flos ætatulæ, Amoris illices carna-*  
*rum elegantioris formæ spectatorem*  
*aperiebant: nam si qua Romanis est*  
*indignitas, non tantum ventus luxurians*  
*adhærens pessulo, membrorum volupt-*  
*atem graphice lancinabat; sed & plus*  
*in media parte nudos lacertos prostituê-*  
*re ut latus oculo metiri possit, rem in-*  
*decoram & stupratione deteriore, fate-*  
*ur Tertullianus. Olim in cellulis for-*  
*nicum:*

*Tunc nuda papillis*

I 2

Con-

*Constitit auratis, titulum mentita  
ciscæ.*

Quotidie in oculis Juvenum calar-  
stratæ, ac vestibus collucentes passim  
obvolvunt. Exornant annulis digitis  
& in omni articulo gemma disponit.  
Lapilli ex auribus pendent, brachia  
quoque & lacertos auro colunt pu-  
citiæ nundinatrices. Odorum officio  
arte quærunt colorem, quo medita-  
tur adulterium castitatis. ibi pudicitia  
hic natura adulteratur. Quæ teneru-  
latus ad numeros movet & tremu-  
clune ad terram descendit, ex Hippo-  
lyto efficit Priapum:

*Hæc movet arte latus, tunicisque flue-  
tibus auras*

*Excipit: extensos fertque super  
pedes.*

*Altera succinctæ religatur more Dianæ*

*Ut solet attonitas cum petit illa f-  
ras.*

*Hanc docet inflatos laxè jacuisse ca-  
pillis,*

*Adjicit ornatus proxima quæquæ  
dies.*

n petulantiam nunc & audaciam e-  
umpit male dispensata libertas &  
quicquid adhuc boni moris est, extin-  
uitur levitate polituræ corporis. Pere-  
grinas novitatis ineptias affectantes,  
exoticisque nationum deliciis incru-  
tratas, ipse Paris Dearum vitilitigan-  
ium iudex petulantibus oculis aspicere  
ix dignaretur, quia sub veste molli sub-  
lola mulieris latet mens, vestemq; ani-  
mo insolenter elato tumens sequitur  
uperbia. Cum Martis alumnum, Pal-  
adisque nepotulum, aut Apollinis  
discipulum emissitiis vident oculis,  
llico tanquam furibundæ in publicum  
ororuunt, superbix & luxuriæ tot  
vexilla emittunt, ut facile resipisce-  
rent partes veneficio, credo, sopitæ.

Ferrum udis inguinibus devorant. Ni- Heinf. Ep.  
ad Primer.

hil præter cristas somniant, ac galeas, &  
in tanta pacis spe, ferrum tamen amant,  
cujus ad mensuram noctis gaudia dispo-  
nunt. Plures dantur vestes, ut ralla,  
lintea cæsaria, indufiata, patigiata,  
caltulæ aut crocotulæ, suppara, submi-  
niæ, ricæ, basilica, exotica, cumatilia,

plumatilia cerina aut melina, aliæque  
 gerræ, quibus lavari, fricari, tergeri,  
 ornari, poliri, expoliri, pingi, fingi,  
 noctes diesque omnique in ætate pe-  
 poliri solent puellæ; verum dentali  
 manu omnia ex Torrentio, Rosini  
 pariter ac Demstero aut Casalio ex-  
 pere segnitiam meram de jero, adeo  
 que compilet ea Sedentarius, cum  
 abunde otii superest, majora mihi  
 peragenda supersunt, ne inani son-  
 futilia multa compilando efficerem,  
 corpus totius scopi enervaretur. Haec  
 omnia pace divitum & modestarum  
 virginum dixerim: nollem enim in  
 beatarum contumeliæ me lassent in-  
 merito: in eas declamationem institu-  
 quæ opulentarum fastum dum imita-  
 student, sibi famem inediamque acce-  
 sunt, & in tantum æs alienum incu-  
 dunt, ut si salvæ esse velint, Sylla  
 ab inferis esset excitandus, & si cre-  
 ditoribus solverint, nihil illis super-  
 esset, ita præterquam res patitur, stu-  
 dent elegantia.

*Non habet unde suum paupertas pasca  
 amorem.* Non

Non cunctas itaque, qui divitiis & gloria florent, injuria laceſſo. Inter cabiem plebis, & contagia magnam sublime intereſt diſcrimen, hæc tibi dedecus, hi ſibi faſtum comparant.

*Ex ipſis opulentioribus, inquit Apulejus, vos potiſſimum video laudari, qui nullo ſtrepitu, modico cultu, diſſimulatis facultatibus, vitam egerunt.*

**NE QUID NIMIS.** Bono ingenio me eſſe ornatam, quam auro multo mavolo.

*Bonam ego, quam beatam me eſſe nimio dici mavolo.*

Speſtatæ pudicitia matronæ neque opus habent crocota vel Tarentina veſte vel encyclo vel calyptra vel tinctis & coloratis tunicis,

ſed primum induant temperantiam. Veſtite vos ſerico probitatis, byſſino ſanctitatis & purpura pudicitia:

fumentes de ſimplicitate candorem, de pudicitia ruborem. Dum attonito vultu efferatam luxuriantium petulantiam cogito, ecce occurrit parturienti ſtylo Auſonius: nunquam ego ægrum tam magno periculo vidi quam

Propertium Spartanam puellarum

luctam

luctam laudantem, cujus simplicitas una cum Plutarchi stupore percipianda. Obiter itaque Consulis Budigalensis verecundissimum proferat Epigramma:

*Delia, nos miramur, & est mirabile  
quod tam*

*Dissimiles estis, tuque sororque tua  
Hæc habitu casto, cum non sit causa  
videtur:*

*Tu præter cultum nil meretricis habes.*

*Cum casti mores tibi sint, huic cultu  
honestus;*

*Te tamen & cultus damnat, & actus eam.*

Non fraudabo te arte secreta. prostituta modestia hæc malæ famæ tropicè instituit. Modesta facies, verecundo pudore suffusa, naturæ gaudentis privilegium: è contra perfriçta frons, renuens pudore suffundi, *κέρειας* thori, *κέρειας* maritum facit. raro pudicitiam fervat virgo, quæ pudorem amisit, neque verecundiam possidet, quæ inverecondam petulantiam suscepit hospitio.

*Sive*

*Sive procax ulla est, capior, quia rustica non est,*

*Spemque dat in molli mobilis esse thoro.*

Quædam usque adeo verecundæ, ut, cum erubescunt, faciem togæ indufisque institâ tegant, ne dum eum pudorem in excusationem suam proferentes, in societatem criminosæ confessionis asciscant. Multas ubi pudendum est, deserit pudor, & si cum erubescant, tum insidias struunt.

*Periere mores, jus, decus, pietas, fides,*

*Et qui redire nescit, cum perit, pudor.*

Oculi ludibundi, & quadam propria nota loquaces, pudore vacant, strictæ mamillæ, auresque extensæ superbiam captant, noscunt & Venerem suam, nam vendunt amplexus, non commo-  
dant. Fugitare decet simulachra petulantioris nequitix. *Nequicquam exornata est bene, si morata est male. Si incolæ bene morati sunt, pulchre munitum arbitror.* Hæc intemerata manet, quæ

frugi bona, pudore & honestate ne  
 non fidei mente munita est. Verecun-  
 dus enim pudor non celat castum ani-  
 mum, nam illibatum quovis tempor-  
 & casu probat candorem. *Erubuit salu-  
 res est, inquit Comicus, & Jupiter apud  
 Lucianum proprium veræ virginitati  
 κατήπιον esse fatetur erubescere. Apule-  
 jus verecundiam virginalem.* Propertius

*Propertius. Virgineus teneras stat pudor ante ge-  
 nas.*

*Stadius. Olim hic virginei custos monitorque pu-  
 doris.*

*Lucanus. Non timidum nuptæ leviter tectura pu-  
 dorem.*

*Claudianus. Jam nuptæ trepidat sollicitus pudor.  
 Speratam, pactam novamque nuptam  
 decebat pudor, & sanguinis in facie  
 gutta.*

*Tardet ingenuus pudor,  
 Quæ tamen magis audiens  
 Flet, quod ire necesse sit:  
 Sed moraris, abit dies,  
 Prodeas nova nupta.*

*Flere desine.*

*Dum hæc diligentius expendo, notavi  
 puellas*



uellas plerumque gloriari se nunquam  
quam petere, aut saccatam obscœni  
amoris proluviem solvere. Oppor-  
tune itaque subducunt se Juvenes cum  
supra ad secessum petit.

*Sæpe licet mingat, virgo vult Phyllis  
haberi,*

*Sed castas raro mingere vulgus ait.*

Ne sententia emineat extra corpus  
orationis expressa, curandum ut à te-  
neris, à vulgo & scœna in secreta æ-  
dium parte remotæ, honesto labore  
tædium fallat virgo, quæ intecto pu-  
dore nitere studet.

*Quidam decedens tres reliquit filias,  
Unam formosam & oculis venantem vi-  
ros,*

*Phædr.  
Fab. 63.*

*At alteram lanificam & frugi rusticam,  
Devotam vino tertiam & turpissimam.*

Operi se accingat, quæ casta haberi  
velit. otiosorum negotium amor est.

*Donna ociosa, Non può esser virtuosa. Lu-  
bricus sexus, natura invalidus, Cupidi-  
ni exponitur, si desidiosus vagatur.  
Vix ad robustum codicem damnatæ,  
manent illæ sœ Juyerculæ, quid foret  
si*

128 HADR. BEVERLANDUS  
si quotidie carpentis & navibus hu  
atque illuc veſtentur. Juventa gign  
tur luxu, nutritur feriis, alitur otio, cu  
jus ſpecioſiſſimus flos ſi fratri ephēb  
committatur, quis adeo fungus, ut cre  
deret hunc à Juvene & cupido illiba  
rum manſiſſe. Phædra amore fauci  
apud Senecam :

*Hipp. - - Palladis tela vacant*

*Et inter ipſas penſa labuntur manus.*  
Et Dido nimis languide res ſuas age  
bat, viſo Æneâ :

*Æneid. - Pendent opera interrupta, minæque  
Murorum ingentes, æquataque machina  
cælo.*

E contra pia Penelope (à πῆν & λο-  
πὸς) prægnantem fuſum tenui ſtami  
ne involvens, bis denos per annos po  
tuit, ſalva caſtitate, procorum tela  
avertere. Nec voluit tamen ſe vivam  
ſepelire, ſed fruſtra implorans Ulyſſis  
opem,

*Non ego deſerto jacuiſſem frigida lecto,  
Nec quererer tardos ire relicta dies,  
Nec mihi, quærenti ſpatioſam fallere  
noctem*

*Laſ-*

*Lasseret viduas pendula tela manus.*

sed laxatam videns custodiam, noluit  
liutius placito amori pugnare, lapsis  
taq; pensis pudicitiam fututoribus hac  
inula venustula oratione propinavit.

*Nemo meo melius nervum tendebat*

*Ulysse*

*Sive illi laterum, seu fuit artis opus.*

*Qui quoniam periit, modo vos inten-  
dite, qualem*

*Esse virum sciero, vir sit ut ille meus.*

Vis tu reviviscere reluctante luxuria?  
vis discussa muliebri petulantia tædi-  
um fallere? vis tu castam piamque  
uxorem obtinere? Audito fodes  
Bethsabam ad Lamuelem filium suum, Proverb.  
31.  
rancidulo gutture & blandienti plas-  
mate loquentem: Mi fili, casta & se-  
dula materfam, nocte dieque pia stu-  
diosaque manu lanam linumque con-  
ficiat, quorum legitimo censu mariti  
salario possit opitulari. Euge. Apud  
Mosen fœminæ corde sapientes, hæ Exod. 35,  
25.  
2 Reg. 23,  
25.  
1 Sam. 2,  
18.  
dicebantur, quæ neverant prægnan-  
temque telam texuerant. Hoc enim est  
mulierum & non virorum (ut Elaga-  
bu-

130 HADR. BEVERLANDUS  
bulo exprobrat Justinus ) opus. apud  
Maronem ,

L. 7. *Æ-*  
*neid.*

*Arguto conjux percurrens pectine telam*  
Ita apud Artemidorum : *mulieres se*  
L. 3. 36. *dendo telam texunt.* Laudi ducitur ei  
quæ *domum servavit & lanam fecit*  
Perficæ contumeliam reputabant *ma-*  
*nus lanæ admove*re, teste Curtio. con-  
tra Romanæ, quæ colum lanamque per  
nubila jactabant. Ne quis putet, divi-  
tum magnatumque uxores non ad-  
moneri, quasi exiguis compendiis  
grandia familiæ supercilia sustentare  
incassum sudarent : Nam matronæ  
primi ordinis nobiles huic operi se ad-  
dicere haud dedignatæ sunt : denique  
sedula hujus Reginæ admonitio in  
hunc finem collimat, ut collaudet  
Deum operibus curiosa manus, foci-  
diæ inimica. Quæ autem lana ac tela  
victum quærit, infortuniumque ma-  
num lucro rependit, non eget Cu-  
rione; illa tamen cui in opere vita non  
est, & tamen tædium & otium, quod  
plerumque luxuriam libidinemque gi-  
gnit, honestis exercitiis fallere studet,  
æde-

depol majori laudum præconio di-  
na, utpote quæ virtutis gloria fami-  
iæ suæ exemplar & sydus esse nititur.

- - *Ceu fœmina primum,* Virgil.  
adde Ho-  
rat. Ep. 2.  
*Cui tolerare colo vitam tenuique Mi-*

*nerva,*

*Impositum cinerem & sopitos suscitât  
ignes,*

*Noctem addens operi, famulasque ad  
lumina longe*

*Exercens penso.*

Tarquinius citato equo Romam advo-  
lans, Lucretiam haud quaquam, ut  
regias nurus, in convivio luxuque cum Liv. l. 1.  
æqualibus tempus terentes, sed *sera*  
*nocte deditam lanæ inter lucubrantès an-*  
*cillas, in medio ædium sedentem inve-*  
*nit.* Horatii soror paludamentum Cu-  
riatio, sponso suo confecisse, litera-  
rum monumentis tradit Livius. Ita &  
Augustus *veste domestica non alia ute-*  
*batur, quam ab uxore & sorore & filia*  
*neptibusque confecta,* teste Tranquillo. c. 73.  
Simile de Alexandro Curtius memo- L. 5.  
riæ prodiit. Hac arte familiæ splendor  
nitescit, mores poliuntur, virtus vi-  
ref-

132 HADR. BEVERLANDUS  
rescit, & sedula materfamilias salutatu  
à vicinis, honoratur à marito. Econtra  
speculum per diem tractare, & damna  
sa aleæ Venere ludere, uberiorer  
vitiarum copiam parit. Jurgia, rixæ, sol  
licitus dolor, deformè malum, gli  
cunt, quin & castitas periclitatur. Pec  
candi magister ad puellas, utpote quæ  
fratres emungere solent,

*Lib. 3. - - Turpe est nescire puellam  
Ludere.*

Tu Patavina, tuque Batava dam  
nate fritillum chartasque lusorias  
& ad veræ virtutis simulachrum B  
nempe Mariæ vos componite. Hu  
jus castus animus ignoravit damno  
sam caniculam sceleratamque libidi  
nem, noluit conformari huic secu  
lo, ut sicut is, qui eam vocavit fan  
ctus est, ipsa quoque sancta in omn  
conversazione reddatur: honesto con  
tenta parvo, spernebat omnem, etiam  
honestissimum, ludum. Mediæ devo  
tam noctes frangere non poterant,  
sed sancta charta & tela ipsius fuere e  
bur, deliciæ & amor, utpote quæ pro  
pter

pter regnum cælorum se castraverat. Vel si ma-  
ris Tertul-  
liani ver-  
bis, ipsam  
naturam  
Deo con-  
secraverat.  
Texturæ fuit procuratrix, inhabitans  
ædiculam templo Hierosolymitano  
conjunctam, ibidem in lana, lino &  
ferico & bysso laborabat, nebat sueba-  
que, cæteraque, quibus Sacerdotes  
altare & sanctum sanctorum ornari de-  
bebant, consuebat, teste Epiphanio.  
Et si fides Patrum choro, ipsamet  
mater Christi, nobilem tunicam, in-  
confutilem & sine futura regillam, filio  
suo dicitur, sine acu, unoque con-  
textu, contexuisse. Regilla rectave hæc  
vestis à stantibus & currentibus sursum  
versum textoribus pendulatim texitur,  
testibus Seneca & Servio,

Cum ma-  
trona pre-  
mens al-  
tum rubi-  
cunda se-  
dile,  
Assiduo  
durum  
pollice ne-  
bat opus.

*Arguto tenues percurrere pectine telas.* Ad Æn. 7.

Et hæc est tunica Christi ἀρραφῆ, Adde  
Plin. 8, 48  
Senec. 90.  
Hor. 1. Ep.  
19.  
Job. 19,  
23.  
ὄφαντος δι' ὄλα. Multa fingunt de hac  
texta toga Casaubonus, Salmasius at-  
que Ferrarius, qui

*Faciunt næ intelligendo, ut nihil in-  
telligant.*

Magis itidem stata precationum, vo-  
torumque intervalla observabat. Dum  
legebat virginem concepturam, tum

K

cæ-

cælestis nuntius devotæ revelabat ipsam esse, quæ generaret generis humani Sospitatorum. Ita honestis divinisque curis vos Virgines quotquot estis, sceminarum vitia exuite. pudica & ut ita dicam, sancta vita naturalis pulchritudine exurgit & majestati suæ pondus habet, si juxta doctrinæ regulas vitam componant, parentes tutoresque honorent, vel tandem obsequii gloria maritum demereantur. Ne vitæ sanctimonia, aut morum honestas patitur, ut nugis, gerris quisquiliisque aut hamosis disputationum labyrinthis anfractibus instruantur. Rectius apud Nasonem matrona,

*Aptior est digitis lana colusque meis.*

Severæ practicæ pietatis lectione mitigentur, ut sapientiæ Spiritualis præceptis animos componant, ut quos vellent imitari, diu legant audiantque. Argute Seneca: *Non illi cultus luxuriosior, non conversatio cum viris licentior. Unum crimen vobis confiteor, ingenium habet.* Eruditio culpatur in virgine. Odisse eruditam Euripidem constat



& ipse puellarum Ephorus :

*Si saperem , doctas odissem jure puellas ,  
Numina cultori pernicioſa ſuo.*

& Satyriographus - - Odi

*Hanc ego , quæ repetit volvitque Pa-  
læmonis artem.*

*Illa tamen gravior , quæ cum diſcum-  
bere cæpit ,*

*Laudat Virgilium , perituræ ignoſcit  
Elifæ ,*

*Committit vates , & comparat inde  
Maronem ,*

*Atque alia parte in trutina ſuspendit  
Homerum ,*

*Cedunt Grammatici , vincuntur Rheto-  
res , omnis*

*Turba tacet , nec cauſidicus , nec præco  
loquatur ,*

*Altera nec mulier : verborum tanta ca-  
dit vis*

*Tot pariter pelves , & tintinnabula dicas  
Pulfari.*

Ergo

*Non habeat matrona , tibi quæ junctâ  
recumbit*

*Dicendi genus , aut curtum ſermone ro-  
tato*

*Lege ſedes  
totam Nib.  
D. Heinfii  
Epiſt. ad  
Prime-  
rium. Qua-  
lis uxor  
ſit ducen-  
da litera-  
to.*

Torqueat enthymema, nec historias sci  
omnes,

Sed quædam ex libris, & non intelliga  
Nihil est tam arduum, quod docta  
rum nequitia non extorqueat. Cely  
dictare paratæ. Ut ut sit, saltem lite  
ratus ne ducat doctam suadeo. Nam  
non curant Aristarchi pumicem su  
lodice, sed Gillonis stylum sub vest  
glubent: peculium pensile magis  
quam ingenium docile laudant, ut pot  
inguinibus potius, quam ingeniis, qui  
sæpe solæcismum faciunt, delectante.

Epiſt. 3.  
L. 2.

Glycera apud Aristinæum. Οὐκ ἔτι  
χῶς φιλίνα Σπρεφιάδη τῷ σοφῷ ῥήτο  
συμεζύγλω· ἔτ' ὅτ' ἔκαστε ὡδ' ἔτι  
χειρὸν ἔθνη, πόρρω τῷ νυκτῷ πλάτ  
πται ὡεὶ παραγμάτων σκοπεῖα, καὶ ὁ  
ἐδιδάχθηνας, πτωχὰ ἄτα παρὰ φασίετε  
μελετᾶν. σχηματιζόμεν' ὅτ' ἔτι ἔτι  
σιν, ἡρέμα τὸ χεῖλεε κινεῖ, καὶ ἄτλα δὴ π.  
πρὸς ἑαυτὸν ψιθυρίζει τίς ἔν' ἔτ' ἔτι ἔτι  
κόστω καὶ λίαν ἀκμάζουσαν μηδὲν δεόμεν' ὅτ'  
γυναικός; ἢ ἵνα μοι τῷ παραγμάτων μ  
μεταδίδῃ καὶ νύκτωρ αὐτῷ συμεπιζητήσ

τῶν νόμων; ἀλλ' εἶγε δοκῶν γυμνασίον ἢ  
 ἡμῶν πειεῖται πασαῖδα, ἐγὼ δὲ νεόνυμφος  
 ἴσα ἀποκοιτήσω λοιπὸν καὶ κατευδῆσω χω-  
 εῖς· καὶν ἔπιμείνη, πρὸς μὲν ἀλλότρια  
 πράγματα κεχλιώως· μόνης δὲ τῆς κοινῆς  
 ὑποθέσεως ἀμελῶν, ἕτερος ῥήτωρ τῆς  
 ἐμῆς ἔπιμελήσεται δίκης. *Malis me auspi-*  
*ciis, Philinna, Strepfiadi jugaverunt caus-*  
*fidico bono: nam is quotidie, quando lecto*  
*danda opera, producit noctes, instruendas*  
*sibi lites fingens: quasque didicit causas,*  
*tum meditandas sibi causatur, & firman-*  
*dæ fallaciæ, tacitus movet labra, susur-*  
*ratque solus quædam ad seipsum. Quid er-*  
*go is uxoris non indigus virginem ætate*  
*florentem duxit domum? an ut mecum li-*  
*tes communicet? an ut pernox cum eo le-*  
*ges evolvam? quin si ille thalamum no-*  
*strum facit litium gymnasium, ego dein-*  
*ceps nova nupta deserto communi lecto*  
*seorsim pernoctabo: tum si pergat alienis*  
*negotiis inhiare, solum communis nostræ*  
*rei negligens, erit alius mihi orator, qui*  
*rem meam agat. Manifestis matronæ,*  
*cujus corporis pulchritudo me ad se*  
*vocaret, contumeliis laceffitæ histo-*

138 HADR. BEVERLANDUS  
riolam refert Nob. D. Heinsius ad Pri  
merium: Quæ res, optime Prime  
ri, sicut corpus, ita animum disjun  
git atque avertit. Itaque in præsent  
re cum versaretur, & jam viro esse  
opus, continentiam aut temperan  
tiam, plerumque commendabat. E  
ut hoc uxori persuaderet, è Platon  
suo aliquid aut Aristotele de summo  
bono & intensione mentis adfere  
bat: animo paratus miles, sed quer  
aliqua, (quod fit, quoties libido an  
nos antevortit, ac mox deserit) cala  
mitas attigerat. Interdum quoqu  
locum aliquem Pollucis, scilicet, au  
Festi, à se emendatum cum gaude  
ret, ne hoc quidem apud conjugem  
dissimulare poterat. Cæterum ma  
trona venustissima, verum quæ i  
Aristotele ac Platone nihil unquam  
legerat, sed & de acumine & sagaci  
tate Criticorum, nihil audivisse vi  
debatur, unius loci emendationem  
serio optabat, quem corruptum  
esse & in vitio jacere, ne ipse qui  
dem summus Criticus & optimus  
Poë

*Qui ubi ad  
uxores ven-  
tum est,  
tum fiunt  
senes.*

„ Poëta ignorabat. Sed, invita Ve-  
 „ nere & Minerva, nihil fieri solere  
 „ nosti. Prima autem nocte, cum hi-  
 „ laritati & Lyæo patri indulisset plus-  
 „ culum (quod nec ordine nec recte  
 „ à quibusdam fieri videmus) illa au-  
 „ tem pro virginitate, ut putabat, &  
 „ ut mos est puellarum, ultimum cer-  
 „ tamen cerneret; ibi vates disertissi-  
 „ mus, qui tam sæpe *Hymen Hymenæe*,  
 „ apud collegas suos legerat aut ipse  
 „ scripserat, oblitus oris purpurei, cu-  
 „ jus laudes decantaverat, oblitus ge-  
 „ narum, quas cum nivibus ac minio  
 „ toties contulerat, cæterorum om-  
 „ nium oblitus quæ referre mora est &  
 „ adhuc in ejus carmine leguntur, ni-  
 „ hil quidem se indignum fecit, sed  
 „ dormire cœpit: integramque, quan-  
 „ ta fuit, noctem, bene ac pudice,  
 „ gravis ac molestus nemini, transe-  
 „ git. Mane autem, aut quia de poëta  
 „ loquimur, ubi

„ *Purpureis formosagenis Aurora ruberet,*  
 „ cum nullius sibi esset conscius faci-  
 „ noris, & ex conscientia inertix pu-

„deret , audivisse se ajebat , cum do  
 „lore calculi solere eam conflictari  
 „cui omnes agitationes corporis in  
 „primis esse adversas. Id ex viro doc  
 „to , Coo Hippocrate , se didicisse  
 „Ea re commotum se , adversus anim  
 „lubidinem , abstinuisse illa : quipp  
 „qui illius valetudini consultum ve  
 „let. Atque ita summus vir , nequ  
 „contemnendus Themidis sacerdos  
 „præcipua duo Juris præcepta , un  
 „nocte expresserat. Nam & vixera  
 „honeste , neque quenquam læserat  
 „Suum autem cuique an reddidisset  
 „quæri poterat. Mucius , ut reor , &  
 „Trebatius negassent. Idem autem  
 „& uxori ejus videbatur. Quæ pertæt  
 „tandem hujus consuetudinis ac vita  
 „domi eruditas , alibi festivas nocte  
 „agitabat. Poëtas autem omnes ode  
 „rat aut torvo intuebatur vultu ,  
 „ *Vnius ob noxam & furias Ajacis Oile*  
 „Me quoque inter eos , quoties ad v  
 „rum ejus ventitarem. Quasi vitium  
 „in carmine , non autem potius in v  
 „ro esset. Si docta permittat palpitan  
 ma

Nec Con-  
 tius appre-  
 basset.

narito facere solœcismum, tum

- - *Hispula tragædo*  
*Gaudet. An exspectas, ut Quintilia-*  
*nus ametur ?*

*Accipis uxorem, de qua cytharædus E-*  
*chion*

*Aut Glaphyrus fiat pater Ambrosiusque*  
*Choraules.*

Fœmina simplex jubet juvenem sum-  
 pto cucullo properare, ergone astuta  
 & callida conduceretne aquarium ?  
 si fatuam quæras, tanto magis decep-  
 tum te videbis. quisq; enim ejus cristæ  
 clavem secum fert, & si experiatur duos  
 viros agrum flagrantius colere posse  
 quam unum, ilico draucum sequetur,  
 dumque unum quæris natum, duos in-  
 venies. Jam deficiente fabularum con-  
 textu, quid ergo ? non sum dignus qui  
 nuptas faciam ? Pallas risu meo prodi-  
 ta complofit manus, & ægide vultum  
 tegens, dulci modulatur plasmate :

*In Veneris agro Pallas sibi vindicat*  
*usum.*

*Elige pudicam, quæ mihi sola placet.*  
*Pudicam ! per fidem ! cui continget*

K 5 per-

142 HADR. BEVERLANDUS  
perennis conjugis castæ amor ille  
præter Mitionis spem fortunatus, Tar-  
pejum limen adorare poterit. Doctif-  
simi, probe licet peculiatu, resque ma-  
riti strenue agant, tamen chartis im-  
palescentes septenis in diem horis o-  
dit venefica, digna ædepol ut digitis  
per somnum prematur. *Mulier*, teste  
Scaligero, *mentis est scabies*, quæ si uteri  
rabiem à quovis drudo non sinat sopi-  
ri, spreta ad vindictam facile proce-  
det, accurretque porrectura sitienti  
marito calenum, rubeta mixtum. Mal-  
lem Leonem Philosophastrum cucur-  
bitas decollasse, quam quod obtorto  
collo in suffragium vindicans Salomo-  
nis effatum, Concubinatum sustulisset.  
Concubinæ enim se morigeras præbe-  
bant, & si extra oleas vagantur, ipsis  
(modo parvulus Æneas luserit in aula:  
ob certa casti thori pignora pulchram-  
que prolem Socrates Xanthippen,  
aliique Mævias, Hippias, Softratas  
aliasque malitiis delibutas tulere sacri-  
legas) impertiebatur trita formula,  
COLLIGE SARCINULAS,  
aut

*Toxica ce-  
lotypo dedit  
uxor mæ-  
cha m. u. i.  
to.*



aut Martialis lepidum scomma :

*Uxor vade foras , aut moribus utere  
nostris :*

*Non sum ego nec Curius , nec Numa,  
nec Tatius.*

Cum tamen multæ, quarum viriles  
animi maligno errore fortunæ mulie-  
bria corpora fortiti sunt , ut Juliæ,  
Martia, Terentia, Prudentilla, Pauli-  
na, Pallæ, Claudia, Calphurnia, Cor-  
nelia, Rusticana, Plotina, Eugenia,  
Fabiola ac Marcella, Sempronia, nec  
non Elizabethæ & Christina Augusta  
pariter ac Maria à Schuurman, nec  
non Aloysia Sigæa, aliæque viragines  
apud Valerium Maximum & Cassa-  
næum, nec non Beverovicium,

*Quarum se totiens submitit ad oscula sup-  
plex,*

Latinis, Græcisque literis sint doctæ,  
ideo ut solas Musas castissime colant,  
Armata haud invidet Venus.

οἷς ζωὴ χθονίῳ χαμάδι βάλει G. Nazian-  
zen. de  
Virginit.  
παρθένῳ οἷσιν.

Πρὸς θεὸν ὑψιμέδοντα νόσ πλερὸν ἔνθεν  
ἀείρων.

Kα-

Καισα-  
χίους.

Καλὸν μὲν, δέμας ἀγνὸν ἔχειν, ἀδμῆπι  
τε μίμνειν

Παρθηκίῳ, καθαροῖσι τ' αἰεὶ μελεδί-  
μασι χάριεν,

Μήτε βαρυλήτων λαγόνων πειθὸς Φόρτο  
ἀγροσαν

Μήτε πόνον προμέσσαι ἀγάσθων εἰλει-  
θύης·

Ἄλλ' ἦοθα βασίλειαν ἀφαιρῶν τηλυ-  
πράων,

Ψυχῆς ὄμμα φαεινὸν ὑπὲρ βίοτοιο χέ-  
σαν,

Ἐνθα γάμοι κεδνοὶ καὶ ἀληθείες, ἔνθα μι-  
γείσσι

Θεοπεσίοις ἐπέεσι νοήματα Φάεα τίκλει.

Quæ ergo dementia est, gratissimæ  
Gratiæ, ingenti flumine literarum in-  
undatæ, colla vestra, spiritusque liberos  
moroso viri imperio subdicere? potius  
tutiusque cum ipsis Musarum fatellitibus  
Vestæ contubernium facitote:

*Odi profanum vulgus & arceo.*

Imo, inquam ego, per formam vestram  
vos rogo, ne fastidiatis hominem pe-  
regrinum inter cultores admittere: in-  
venietis religiosum, si vos adorari per-  
mi-

miseritis. Hippolytum innocentiae  
& castitatis vindicem, tu doctissima  
Callimachi Cyrenæi restauratrix, per-  
spectum habes.

Σοφίῳ δὲ μισῶ μὴ ᾧ ἐν γ' ἐμοῖς δόμοις *Euripides.*

Εἴη Φρονῶσα πλεῖον, ἢ γυναικᾶ χρεῖν.

Τὸ ᾧ πανῶρον μάλλον ἐντίκτῃ κύσσει

ἐν ταῖς σοφαῖσιν.

Ergo.

Παρθενίῳ τηρεῖν· πίσιν δ' ἐν πᾶσι Φυ- *Phocylides.*

λάσσειν.

Plura volebam, quum Domicella in-  
tervenit, amplexuque effusissimo me  
invasit, & cæpit non defunctorie me  
catomis objurgare! Sed nescis quam  
magnum flagitium admiseris? tra-  
duxisti Musarum delicias, quas vix  
mystæ omnes noverunt. Delectatus  
urbanitate tam stulta, &, Quidni fa-  
ciam? metu turbata bonum animum  
habere me jussit. certe Divinam ego  
putabam. Dum in hoc dictorum æstu  
totus incedo, cæpi ad piarum casta-  
rumque puellarum, quæ septa pud-  
icitia agunt, nullis spectaculorum ille-  
cebris, nullis conviviorum irritationi-  
bus corruptarum, genua supinas manus  
pro-

146 HADR. BEVERLANDUS  
protendere, & rogavi petique ut  
morum malorum obliviscantur, & in  
confortio militum pictorumque, qui  
& mercatorum sibi caveant. ὅσα οἶδα π

1 Cor. 5, 6.

Seneca  
Epist.

ὅτι μὴ ἐὰν ζύμη ἅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ  
Definit esse remedio locus, ubi quæ fuerant  
vitia mores sunt. Si puellæ bene morata  
sunt, pulchre munitum arbitror. Hæc  
proba est, quam non pœnitet, quod  
frugi bonæ sit. Excubiæ nullam pro-  
hibent, nec seræ ullam cohibent.

- - faciunt graviora coactæ  
Imperio sexus. - -

Pudore & virtute contineri mode-  
stiam oportet: sed cum ipsa præda fu-  
rem vocat, ideo majores nostri puel-  
las ancillarum grege stipari, earumque  
excubiis muniri voluere. Agryphia, in-  
quit Martianus Capella, intra cubicu-  
lum præbebat excubias, adorta est incre-  
pare. Imbelles damæ, ilico prædæ sunt.  
Nolite itaque subblandiri Juvenibus,  
sed irritamenta vitiorum quam longif-  
sime profugite. Non dico simul dormire,

2. 1. Ep. 11.

sed nec simul vivere puellam cum juvene  
tutum erit, inquit Cyprianus; cum &  
sexus

exus infirmus, & ætas adhuc lubrica  
 per omnia frenari & regi debeat, ne dia-  
 bolo insidianti & sævire cupienti ad no-  
 tendum detur occasio: Liberanda est vi-  
 gilanter de periculosis locis navis, ne in-  
 ter scopulos & saxa frangatur: Exuenda  
 est velociter de incendio sarcina, prius-  
 quam flammis supervenientibus concre-  
 netur. Nemo diu tutus est periculo proxi-  
 mus. Sic & Hieronymus: Nulla secu-  
 ritas est vicino serpente dormire: potest  
 fieri ut me non mordeat, tamen potest  
 fieri ut aliquando me mordeat. Præterea  
 curabant, ne virgines una cum juve-  
 nibus cœnarent. Ad mensam ac in le-  
 cto verecundari neminem decet, vox  
 populi: me Diusfidius probra meditata  
 ibidem effundunt,

- quæ nec Sermentus iniquas  
 Cæsaris ad mensas & vilis Galba tu-  
 lisset.

Odit tristia verba Lenæus, adeoque  
 inter bellaria, emblemata vermicula-  
 ta proferunt, quæ argutiarum laferpi-  
 tio involvunt. Ne itaque vestita vir-  
 ginum feyeritas animam pollutam ex-  
 piare

piare ac lustrare necesse habeat, ideo  
 beatas removebant à vernarum equi-  
 tum vernilitate. *Virgo de convivio ab-*  
*dicatur, (apud Varronem) ideo, quo-*  
*majores nostri virginum acerbas aure*

*Athem.*  
 L. 8.

*Veneris vocabulis imbuti noluerunt. In*  
*genus matronæ raro apud Græco-*  
*intererant conviviis virorum si fide*  
*Ciceroni & Cornelio Nepoti. Ipsa-*

L. 2. c. 1.

*matresfamilias cum viris cubantibus*

*sedentes cœnasse nos docet Valerius*

*Apulejus nec intactam reliquit hanc*

*consuetudinem: Intuli me, eumque*

*accubantem exiguo admodum grabatulo*

*& commodum cœnare incipientem inve-*

*nio: assidebat penes uxorem & mensa vacua*

*posita erat. Nisi producta puella con-*

*cubinæ apud Capitolinum, aut mere-*

*tricis nomen obtinebat: quæ in-*

*fra fratrem, & in sinu ejus cubabat*

*Audi sodes convivium inconditis*

*schemis strepentem, & accumbenti-*

*um, conjunctis capitibus marcentium*

*nefariam vocem apud T. Livium*

*Placentiæ famosam mulierem, cujus*

*amore deperiret, in convivium accersitam*

*scri*

cribit Antias, ibi jactantem se scorto in- Lib. 39.  
 er cætera retulisse, quàm acriter quæ-  
 siones exercuisset, & quàm multos capi-  
 tis damnatos in vinculis haberet, quos  
 securi percussurus esset. tum illam infra  
 eum cubantem, negasse unquam vidisse  
 quemquam securi ferientem, & pervelle  
 id videre. hic indulgentem amatorem  
 unum ex illis miseris attrahi jussum securi  
 percussisse. facinus sævum, & atrox, in-  
 ter pocula, atque epulas, ubi libare Diis  
 dapes, ubi benè precari mos esset, ad spec-  
 taculum scorti procacis in sinu Consulis re-  
 cubantis mactatam humanam victimam  
 esse, & cruore mensam respersam. Batavi  
 non passim suspectam habent pudici-  
 tiam filiarum, adeoque eas non stric-  
 tim in gynæcio incarcerant, nec procis  
 aditum præcludunt, sed multæ post-  
 quam se amari sensere, supercilium al-  
 tius tollunt captantq; cænas confan-  
 guineorum. Jussæ ergo discumbunt &  
 gustatione mirifica initiatæ, vino etiam  
 falerno inundantur. Ingeniosissimus  
 Amorum Doctor præscribit amatori-  
 bus (neque enim dormientibus vobis

L

sine

150 HADR. BEVERLANDUS  
sine opera in cubicula vestra ibun  
deductum domum puellæ) ut legitim  
usu capiant sororem.

*Dant etiam positis aditum convivi  
mensis,*

*Est aliquid præter vina, quod ind  
petis.*

- - - *fuit utile multi.*

*Pulvinum facili composuisse manu  
Profuit & tenues ventos movisse fla  
bello,*

*Et cava sub tenerum scamna de  
disse pedem.*

Puellas parvulas potare, amare atqu  
ad cœnam conducere licet hoc Hag  
nobis.

*Fac primus rapias illius tacta labellis*

*Pocula, quaque bibit parte puella, bibas*

*Dion. Ha-  
lic. 2.2.*

*Gell. 10,  
23.*

*Val. Max.  
Lib. 6.*

*Athen.*

*L. 1.*

*L. 4. de Re-  
pub.*

*Lib. 14.*

**Lege Romuli equidem cautum: Si vi  
num biberit, domi ut adulteram, puniunt**

**ratus stuprum desperatæ audaciæ prin  
cipium esse; temulentiam vero stupri**

**Magnam habet vim, teste Cicerone, dij  
ciplina verecundiæ; carent enim temet**

**omnes mulieres. Egnacius Mecenniu  
uxorem, quod vinum è dolio bibisset**

**fust**



iuste interfecit, & à Romulo absolutus est. Matronam, quod loculos, in quibus erant claves cellæ vinarix, refignasset, inedia excarnificatam Plinius memoriæ prodidit. Ubi enim flore Liberi patris plus nimium inundatæ sunt, & pudor & probitas & metus recedunt. Ebrietas pudoris injuria, obstantem malis conatibus verecundiam removet. *Tunc libidinosane cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis quantum petierint, sine dilatione permittit.* Libido portentosa ad inconcessam Venerem per jucundum nefas proruit.

Seneca  
Epist. 83.  
Syrach. 26;  
9.

- *Quid enim Venus ebria curat ?  
Inguinis & capitis quæ sint discrimina  
nescit.*

Juv. S. 6.  
Propert.  
L. 2.  
Vino sæpe  
suum nescit  
amica  
virum.

- *tandem venit illa rubicundula, totum  
Oenophorum sitiens -  
Et ride positis scaphium cum sumitur  
armis.*

*Grandia quæ mediis jam noctibus ostrea  
mordet,*

*Cum perfusa mero spumant unguenta  
falerno.*

*Maura pudicitiae veterem cum praete-  
it aram.*

*Noctibus hic ponunt lecticas, mictu-  
riunt hic,*

*Effigiemque Deae longis siphonibus in-  
plent.*

*Inde domos abeunt: tu calcas luce re-  
versa*

*Conjugis urinam magnos visurus am-  
cos.*

*Nota Bonae secreta Deae, cum tibi  
lumbos*

*Incitat, & cornu pariter vinoque fe-  
runtur*

*Attonitae, crinemque rotant, ululant  
Priapo*

*Maenades. O quantus tunc illis ment-  
bus ardor*

*Concubitus! quae vox saltante libidine  
quantus*

*Ille meri veteris per crura madenti  
torrens!*

*Fugite adulterii procreatricem tem-  
ulentiam, nec vino infirmum animur  
committite, nec formae, nec adula-  
tioni, nec ullis rebus blande trahen-  
ti*

tibus. monet enim Gentium Doctor

μη οἴνω πολλῷ δεδωλωμένης, καλοδιδασ- Tit. 2, 3.

κέλης. Modica tamen temeti sobril-

latis haud neganda juvenæ, nec gra- Ita de Ly-  
curgo Xē-  
nophon.

tus forent imbecilliores. Imo ut facta

tectaque maneret virginum simplici-

tas, arcebantur ab Olympicis certa-

minibus ludisque gymnics, ne nudi-

tas certantium objecta matronarum

oculis, earum pudicitiam minueret. Pausan. L.

Damnabat lex noxios oculos, ipsof- 5.

que de saxo præcipitari jubebat. Ne-

que enim mulieribus ( ut olim Liviæ

& Olympionicorum filiæ matrique) Aschin.  
Ep. 4.

nudi homines pro statuis esse solent.

Unde credis nuptiarum infidiatores

proficisci, nisi ex circo, multarum ibi

pudor & verecundia perit. Theatrum Tertullia-  
nus.

est privatum consistorium impudicitiae, ubi  
nihil probatur, quam quod alibi non pro-  
batur. Casti pudoris damna secum tra-  
hunt Oscilla, Oscæ obscœnitates, Cir-  
censia, Theatralia, Tragica, Comica,  
Satyrica, Mimica, Prætextatæ, At-  
tellanæ, Tabernariæ, Togatæ, Pla-

*Juv. S. II. Spectant hæc nuptæ juxta recubant  
marito*

*Quæ pudeat narrasse aliquem præsen-  
tibus ipsis.*

Enervis histrio amorem dum fingit  
infligit, tumque per voluptatem faci-  
lius vitia surrepunt. An non hic uxori-  
bus viri molestissimi & viris mulieres  
contemnendæ fiunt. Sempronius So-  
phus divortio dimisit uxorem, quod  
eo inscio theatra frequentasset.

*Chryso-  
st. Hom. de  
Davide &  
Saul.  
Val. Max.  
6, 3. L.  
Conf. S. vir  
C. de repud.*

*Sed tu præcipue curvis venare theatris,  
Hæc loca sunt voto fertiliora tuo.*

*Naso. L. 1.  
de Arte.*

*Illic invenies quod ames: quod ludere  
possis:*

*Quodque semel tangas, quodque  
tenere velis.*

*Illic assidue ficti cantantur amantes:*

*Quid caveas, actor, quid juvet, ar-  
te docet.*

*L. 2. Trist.*

*Ut tamen hoc fatear, ludi quoque semi-  
na præbent*

*Nequitia, tolli tota theatra jube.*

*Tollatur Circus, non tuta licentia Circi  
est,*

*Hic*

*Hic sedet ignoto juncta puella viro.*

Totam hodie Hagam Circus capit, Minus hallucinatur, Comædus fermocinatur, Tragædus vociferatur, Funirepus periclitatur, Præstigiator furatur, Histrionio gesticulatur, cæterique omnes Ludiones ostentant populo quod cuique artis est. Ad horcistas, pantomimos aliosq; gesticulatores per graciles petauri vias rotantes, concurrunt Codridæ Gaditanæque puellæ & Ambubajæ, nec non Trojugenarum neptes.

*Ut redit, itque frequens longum formica per agmen,*

*Granifero solitum dum vehit ore cibum:*

*Sic ruit in celebres cultissima fœmina ludos:*

*Copia judicium sæpe morata meum est.*

Privatim urbe tota sonat pulpitem, in hoc puellæ exossem enervemque specularantur scenam.

*Edere lascivos ad Betica crusmata gestus.* Mart. L. 6, 71.

*Tuccia vesicæ non imperat, Appula gan-* Jurjen. S. 6,  
*nit* **L 4** *Sic-*

*Sicut in amplexu.**Auribus atque oculis concepta urin  
mouetur.**Legē Ar-  
nobium  
L. 4.**Synes. Ep.  
3.*Cætera post aulæum. Virgines de  
sponsatæ nec funus prosequi solebam*ὅ γὰρ οἶμαι νομίζεται νυμφευθείαι βαδι  
ζειν ἐπ' ἐκφόρα· ἀλλ' ἐν Φοινικίδι καὶ τότε  
Μαφρανὸς ὁ κεκρύφαλος καὶ Ζευσία καὶ Χι  
δρὸς ἐξήρητο τε καὶ πείκετο ἵνα μὴ τι  
νυμφίῳ σύμβολον ἀπαίσιον γένηται*Hæc Synesius Episcopus Ptolemaidis  
Similem Demosthenes contra Macar  
tatum refert legem Solonis. & Sanctu*Chrysostr.  
L. 3.**περὶ τῆς  
ἱεροσύνης.**Pater: Jam & Virgini oportet funebre  
pompas & publica privilegia interdicta es  
se. Novit enim, novit ingeniosissimus ser  
pens vel per bona suum ipsius virus disse  
minare. Propterea virginem oportet unde  
cunque tanquam muro circumseptam esse  
ac toto anno perrare domo egredi: idque  
demum cum inexcusabiles & necessaria  
urgebunt causæ. Quandoque tamen nu  
biles virgines ad rogam usque velatas  
funus, dum effertur ad sepulchrum,  
secutas constat ex Terentio: Effertur,  
imus, interea inter mulieres, quæ ibi ade  
rant,*

rant, forte unam aspicio adolsecentulam, in  
Andria. In Heautontim.

*Ipsam offendimus  
Mediocriter vestitam veste lugubri,  
Sine auro tum ornatam, ita ut quæ or-  
nantur sibi:*

*Nulla mala re expolitam muliebri,  
Capillus passus, prolixus, circum caput  
Rejectus negligenter.*

In funere Chrysofomi magnam fuisse  
Virginum multitudinem testatur Pal-  
ladius. & Sulpitius in funere S. Marti-  
ni: *Virginum chori fletu abstinentes præ  
pudore.* & in exequiis S. Paulæ Hiero-  
nymus: *Nullam virginem cubiculorum  
secreta texisse.* Et Corippus de fune-  
bri Justiniani pompa, *Omnem in exe-  
quias sexum convenisse & ætatem,* testa-  
tur. Quæ vero nec maritis unquam  
nupserant, nec liberos enixæ erant, nec  
corpus ulli illufori concesserant, sum-  
mis coronarum honoribus decoraban-  
tur. Cadavera virginum coronis, ex  
floribus confertis, ornabantur, Lucia-  
no teste: *σπρωσσάντας τὸ σῶμα τοῖς ὀ-  
φείοις.* Videbitis nupturientes coronis

158 HADR. BEVERLANDUS  
redimitas, quod genus decoris sibi non  
displicere sponfus confitetur, quae  
amasiâ suam, victoriâ palmâ glo-  
riantem, tanquam victricem omnium  
vexationum & illecebrarum ab aliis  
procis vibratarum, salutari à paranym-  
phis videat. Catullus de nuptiis Juliâ,

*Cinge tempora floribus  
Suave olentis amaraci.*

Corona ex pinu, (Maroni *casta*, Naso-  
ni *pura*) virginitatis Symbolum. Calli-  
machus,

Τὸ δὲ τέρτον ἡμᾶς κείνω  
Ἡ πικρὸς ἢ χιὼν.

*Longus Lib.* Itidem corollæ violis apud Longum, &  
*3.* ex rosas apud Apulejum, mixtas violis  
*Apulej. l. 3.* rosas apud M. Capellam. Prudentius  
*Per Steph.* de virguncula martyre:  
*hym. 14.*

*In Passione  
Agnæ.*

*Duplex corona est præstita martyri,  
Intactum ab omni crimine virginal;  
Mortis deinde gloria liberæ:*

Jocari ego laureatos levitate poetica  
crederem, si nunc omnes corona redi-  
mitas, ab omni crimine virginal suum  
conservasse, futiliter cantarent.

*Nulla coronata peraguntur seria fronte.  
Ne-*



nectunt puellæ vario de flore ferta  
tque corollas, sed dissolutæ, intem-  
erantes, redimitæ oscillis meros jo-  
os ἑρωτῶ ἔγρα propinantes fratri-  
us. Veneris statuam fertis corollif-  
que colunt. Valerius Flaccus,

*Hinc Veneris thalamos, semperque re-  
centia fertis*

*Tecta petit.*

Prostibula coronas fertaque Veneri  
& Cupidini imponebant apud Plau-  
tum. & ipsum Priapum corollis pictis  
cingebant.

*Cingit inaurata penem tibi sancte co-  
rona.*

*Hunc patricæ summi numinis instar  
habent.*

Amatores laribus & foribus ama-  
fiarum suspendebant coronas. Ovidius,

*At tu non lætis detracta corona capillis* L. I. Eleg.

*Dura super tota limina nocte jace;*

*Tu dominæ, cum te projectam mane vi-  
debit,*

*Temporis absumpti tam male testis  
erit.*

Puellas coronas plectentes, dejera-  
bant

bant Poëtæ , misere in amoris ro-  
circumagi, adeo ut si corollas à pueris  
blande accipiant , censeantur con-  
sentire in stuprum. Sic Liber Pa-  
ter Ariadnæ muneri dedit coronam  
apud Hyginum : *quo tempore is ad Minoam venit , cogitans eam comprimeret.*  
*Hac corona Ariadne delectata non recusavit conditionem stupri.*

§. IX. Sed quousque homines ruitis  
Cuncti se invicem nequitia flagitiorum  
certantes, alii raptu, alii stupro, alii im-  
punitate incrustati, aut captantur aut  
captant. Ecquid te sentis, blanda, pon-  
dere vincitam: mactaberis ad aras Phœ-  
bo aut Molocho. O facinus indignum  
Jephtes vovit , se primum è foribus  
ejus egressum , Deo in holocaustum  
immolaturum. Et ecce delicato quo-  
dam incessu occurrit ipsi filia sua  
quam Deo nimis temere, per fidem  
obtulit. Neque vitam *μωραχτι* coluit  
diu lachrymabilis pupa, sed postquam  
per duos menses singultibus crebris  
amabile eugion quassaverat, in victi-  
mam se præbet grata: Horrenda ri-  
tus

*Jud. c. 11.  
Iosiph. c.  
59.  
Tert. L. 3.  
contr.  
Marc.  
Aethanas.  
Nazianz.  
Hieronym.  
Ambros.  
Chrysost.  
Augustin.  
Theodor.  
&c.*

tus primordia Recutitorum profapia,  
 & venusta immaculati thori pubes,  
 quotannis ambitioso lacrymarum im-  
 bre & ululabili planctu, lugubrique  
 fonitu deflevit, cum de anno in an-  
 num iret confabulatum *de ea*. Hinc <sup>Male</sup>  
 historiolum Agamemnonis, qui filia <sup>cum ea.</sup>  
 suæ Iphigeniæ damnatas manus intu-  
 lit, confictam conjiciunt eruditi.

Maro:

*Sanguine placastis ventos & virgine* 2. *Æneid.*  
*cæsa.*

Naso:

*Flentibus ante aram stetit Iphigenia* Met. 12.  
*ministris.*

Propertius:

*Hoc juvene admissõ classẽ non solvit* L. 3, 7.  
*Atrides,*

*Pro qua mactata est Iphigenia mora.*

paulo aliter præter Martialem Juvena-  
 lis:

*- Et si qua est nubilis illi* Mart. 3.  
*Iphigenia domi, dabit hanc altaribus,* 49. Juv. S. 12.

& si

*Non sperat Tragicæ furtiva piacula*  
*cervæ.*

Rem

Rem in Annalibus Critarum memora-  
tam atroci stylo & confodit Lucre-  
tius Carus. Innocens tamen virgo  
dicitur non cognovisse virum: secu-

*Jud. II,*  
*9. ult.*

Sejani filia prius in carcere stupratur  
à carnifice, quasi impium fuisset vir-

*Dion L. 58.*  
*Suet. in Tib.*  
*c. 61.*

ginem in carcere perire. *Immatura*  
*puellæ, quia (more tradito) nefas esse*  
*virgines strangulari, vitiatæ prius à car-*  
*nifice, deinde strangulatæ.* Suetonio suf-

*L. 5. Ann.*

fragatur Tacitus: *Tradunt tempori.*  
*ejus auctores, quia triumvirali supplicii*  
*affici virginem inauditum habebatur,*  
*carnifice laqueum juxta compressam, exi-*  
*oblisis faucibus id ætatis corpus in Gemo-*  
*nias abjectum.* Laodicenses dicuntur

*Hygin. F.*  
*89.*  
*Heliad. L.*  
*10. C.*

Minervæ virgines immolasse apud  
Hyginum & Porphyrium; quapropter  
multæ prius se fratribus defloran-  
das præbebant, ut illuderent callidum  
impostorem. Ita ex oraculi vaticinio

*Parthen.*  
*Erot. c. 35.*

puellam immolandam refert Parthe-  
nius, sortem autem obtigisse Eulime-  
næ, Cretensium Regis filiæ, quam  
Licastus perditus ejus amator prius  
stuprabat, ut ab immolatione eam libe-  
raret.

aret. Ita apud Pausaniam tripus Del-  
phicus virginem ex Æpytidarum fami-  
lia immolandam, jussit. Lycisci filiam  
forte ductam vates supposititiam pejera-  
bat, ita ut cum patre Spartam profuga  
evaserit: Aristodemus itaque filiam suam  
immolandam ultro obtulit. ejus autem  
sponsus negabat eam esse in potestate pa-  
tris; qua ratione cum parum proficeret,  
puellam à se vitiatam & jam gravidam  
esse affirmabat: Filia autem ab irato pa-  
tre protinus occisa, ejusque utero exciso,  
constabat eam non fuisse prægnantem. Va-  
tes ea cæde ex Oraculo litatum esse nega-  
bat: Sed Euphaes persuasit populum nulla  
amplius religione teneri: neque interesse,  
à quo virgo cæsa sit. Quid si etiam de-  
florata virginitatem jactasset, officio-  
samque manum Draconi, Lanuvinae  
Junoni sacro, porrexisset, invidiosa  
proditione dilacerabatur. Sin autem  
virguncula probatæ verecundiæ & ca-  
stitatis properasset, redibat integra.

Lanuvium annosi vetus est tutela Dra-  
conis,

Propert. l.  
4. El. 8.

Qua penetrat (virgo, tale iter om-  
ne cave.)

Ta-

*Talia demissæ pallent ad sacra puella  
Quum tenera anguineo creditur or  
manus.*

*Ille sibi admotas à virgine corripit esca  
Virginis in palmis ipsa canistra tre  
munt.*

*Si fuerint castæ redeunt in colla paren  
tum.*

Cæterum in promulsidari non vulgari  
ferculo, sed porcis virguncularum  
matronarumque mammis, melle &  
papavere conditis, vescabantur de  
lectabanturque ἀνθρώπων φάρμακον. O cru  
dele & execrabile scelus! dirus carni  
fex, postquam denudasset virgines  
libidinisque suæ solum verterat, reli  
quit eas distentæ cujusque mangoni  
rabiei. pro pudor! Sceleratissimu.  
Sebastianus non solum perditæ sed &  
furiosæ erat crudelitatis, dum virgi  
nes denudabat, contumeliis que infan  
dis insectabatur. Gregorius Arianus  
& Palladius, teste Theodoreto, *fracta  
voces omni cum obscænitare fundentes  
contumelias in Christi virgines jacere non  
sunt veriti, earum vestes dilacerare  
eas-*

*Athana  
sius de A  
rianis*

*L. 1. c. 14.  
L. 4. c. 20.*

asque nudas per urbem triumpho loco  
ducere, & pro sua libidine petulanter  
& obscæne irridere & abuti cæpe-  
runt.

§. XI. Ne quid scenæ deesset, quo-  
tiescunque aliquam virginum sponso  
traderent Sacerdotes, ipsi earum zo-  
nam solvebant, stuprabantque, si non  
caste saltem cate, ut bene feliciterque  
evenirent omnia. Mutoniatu mysta  
prælibabat purpureum initiandæ ro-  
rem, mox Mutino devovebat. Mutini  
& Priapi sacra tandem ab Ægyptiis  
in facellum suum recepere Quirites.  
His stercutiis diis utraque gens libis,  
nectare & ambrosia litabat, ut Illustris  
Cardinalis de Montealto Lapis nos  
docet: ubi pufio accubitu sacerdoti  
soleas detrahit: in quo & cernitur  
initianda situlam gestans, in qua do-  
naria Mystæ, & libamenta Mutino  
vovenda apportabat.

*Hic Deus è patrio prænobilis Helle-  
sponto*

*Venit ad usque Italos, sacris cum turpi-  
bus hortos*

*Prudent.  
contra  
Symm.*

M

Si-

*Sinum lactis, & hæc votorum lib.  
quotannis*

*Accipit, & ruris servat vineta Sabini  
Turpiter adfixo pudeat quem visere ra  
mo.*

Aversæ insidebant pupæ, vel pedibus  
extensis in eo inequitabant nudæ, it  
tamen ut cingulum (cestum zonam ve  
pectori alligatum haberent, quo se vir  
gines profitebantur. Quod si quis pro  
phanus me frivola narrare putet, flec  
tat mentem Patrum testimoniis leni  
tam, & patiatur eorum effata in suffra  
gium vindicari. *Super Priapi scapum*  
inquit Augustinus, *nova nupta seder*  
*jubebatur: erat autem nimis masculus, su*  
*per cujus immanissimum & turpissimum*  
*fascinum nova nupta jubebatur, more ho*  
*nestissimo & religiosissimo matronarum*  
*sedere. Arnobius: Etiamne Mutinus*  
*cujus immanibus pudendis, horrendoqu*  
*fascino vestras inequitare matronas &*  
*auspicabile ducitis & optatis. Congru*  
*Præceptori discipulus: Mutinus mentu*  
*la arrecta sedebat, & in ejus sinum nov*  
*nupta, priusquam novo marito traderetur*  
col

L. 6, 9. &  
L. 7, 24. de  
C. D.

lib. 4.

Lactant.  
L. 1, 20.



collocabatur, ut ejus pudicitiam prior Deus  
 delibasse videatur. Quid ultra petis?  
 ut quid vis? in Mutoniati Ithyphalli  
 conspectu supplices jacent puellæ,  
 ingenuæ & honestæ, & quod utroque  
 potentius est, religionis metu ipsis  
 prostratæ. Hos rimam lancea carna-  
 ni prius aperuisse, quis inficiabitur,  
 cum apud Minutium legat, ipsorum  
 antistitum genitalia fuisse culta? deni-  
 que si reminiscatur fuisse saxum non  
 Polycletea, non Phragmonis aut Age-  
 lidæ arte elaboratum, facile Machæ,  
 Quartillæ, Encolpii atque Ascylti  
 percipiet horribile secretum. Calecun-  
 tiæ in Melabare Rex cogit Brachma-  
 nes ut & ipsius sponsæ aliarumque vir-  
 ginum prælibent pudicitiam. Hoc ut  
 infra fiduciam posuisti, ita πολυτεύλλη-  
 τον jus laxandæ coxæ, (quod jus Cun-  
nagii dixere Toparchæ) ut cum Do-  
 minus puellæ nupturientis eugion ab-  
 sorbet, mentem obsidet nec prælabi-  
 tur. Nihil est tam arduum, quod non  
 Dominatus extorqueat. Dum jubet sa-  
 crata lex, ut sponsæ vasso dicatæ virgi-

Lege Pri-  
 peja.

*Herod. L.*  
4, 68.

*Alex. ab*  
*Alex. I,*  
24.  
*Adde Ju-*  
*stin. L. 16,*  
5, 2.

*Hecl. Boët.*  
*L. 12.*  
*Polyd. Virg.*  
*L. 10.*

*Boerii De-*  
*cif. 363.*

nitatem delibet ipse Dominus. Ady-  
machidæ virgines Regi exhibeban-  
ut ille optimam venustamque dev-  
ginaret. Non secus ac Volsinensium  
subditorum filias servis prostitui jub-  
rent victores, utpote quorum Senatus  
prius cujusque ingenuæ pubis floren-  
delibare soleret. Hi revera curruæ  
& inepti sunt hirci, teste Paulo Jovic  
qui sponsam alicujus Diœceseos D-  
nastæ devirginandam sinunt. Multi d-  
cepere dominum suum aureo numm-  
pudicitia redimendæ ergo, subrogat-  
Ita Maleolinus III. Rex Scotiæ Va-  
fallagii obsequium surrogavit distent-  
lubrici juris libidini, tributumque in-  
posuit, ut nova nupta territorii Dom-  
no aureum offerret nummum supple-  
pro virginalis integritate. Et non pla-  
ne jam molestum erat munus, cum va-  
ricosus squallidisque gratam remitte-  
bat noctem. Ita purpuratus antistes i-  
Galliis aliquot millia aureorum quot  
annis corraserat his ex improbis tro-  
pici, aliisque sagacioribus, qui ducti  
uxoribus, biduo aut triduo nolebant:

con

onstituto intervallo inducias facere,  
neque à benedicta compari abstinere.

*Testis erit magnis virtutibus unda Scamandri.*

In Asia apud Hellespontum sponsæ se  
obluebant in fluvio, hoc gannitu im-  
plorantes Scamandrum: *λάβε μὲν, Σκα-*

*μανδρε, πλὴν παρθενίαν.* Vexatus ranci-  
lulis hisce clangoribus Cimon Athe-  
niensis in Scamandri virgultis se  
occultavit, caputque arundine redi-  
nitum ad gemitum subantis puellæ  
extollens adhinnivit: Accede mi fi-  
lia, zonam molestæ ponderosæque

virginitatis tuæ solvam, implicitam-  
que brachiis mollioribus pluma, de-  
duxit in terram varie gramine indu-  
tam, quæsitque robustam virginem.

Nasamones & Angylæ, obliti juris  
humani, sive non sentientes injuriam,  
sive dissimulantes, sponsam prima  
nocte singulis convivis comprimen-  
dam ac trufandam permisere. Helio-  
politani filias, aliis desponsatas, teste  
Sozomeno, cuique obvio tradidere,  
ut rem peregrinam sub crotalo doctius

*Epist.  
Æschin.*

*P. Virg. L.  
1, 4. de R.  
Inv.*

*Hist. Eccl.  
L. 5. c. 9.*

innocentem maritum doceret. ca  
 coëthes malefanum usque ad Con  
 stantini M. tempora flagranter rel  
 gioseque perpetratum refert Socrates  
 Argute Domicella zeloticæ ærugini  
 œstro percita ad procum , qui anci  
 lam ejus deperiret: *Siculos* , inquit  
*imitari videris , acerbis uvas legentes*  
*quum puellam ante tempus decerpis*  
*etiam basiorum imperitam. Nam virg*  
*nondum initiata sacris Veneris etiam i*  
*coitu injucunda & inficeta est , blandi*  
*tiarum lectuli nescia. Mulier contra, qua*  
*lis ego sum , experta concubitus dulcedi*  
*nem , & se permulcet & amantem sum*  
*mogaudio. mulier oscula pangit , pangun*  
*tur virgini. Et tu hæc jam probe nost.*  
*Sin modo oblitus , veni carum caput , &*  
*ego tibi bis terve mearum deliciarum revo*  
*cabo memoriam. Apud Biblios puella*  
 Junones suas iratas putassent , si in  
 foro , post legitimas Adonidis exe  
 quias , non prostituissent pudicitiam  
 Luciano teste. Armenios Deæ Ana  
 tidi filias suas , hac lege obtulisse , u  
 per lustra circa aram constupratæ  
 tan

L. I. c. 14.

Aretin. L.  
2. c. 7.De Syria  
Dea.

tandem nuptiis addicerentur, refert L. 4, 10. de  
C. D.  
 Augustinus: Similia de Phœnissis  
 testatur Athanasius. Hac nequitia de- Orat. contr.  
Gentes.  
 lectatas Hebræorum filias ante legem  
 Mosaicam sua Ambrosiique fide ad-  
 struit Seldenus. Venus Gnidi Paphi- L. 4, 4. de  
J. N. & G.  
 que persuasit idem suis cultoribus, ut  
 prima nocte cum multis transfunde-  
 rent errantes animas, hærentque  
 calentes, donec spolium reportas-  
 sent ab officioso fratre, quibus po-  
 stridie tropæis non minus stupuit  
 quam gavisus fuit novus maritus.  
 Vexatam domi vestem multæ ex-  
 cussere, intraruntque Ædem Veneris,  
 ut *Thusco more* indigne corpore dotem  
 quærent, teste Plauto. Neque enim Plaut.  
Men. 2, 2.  
63.  
Cist. 2, 3,  
20.  
Curcul. 4,  
1, 21.  
 defunctorio stylo Meretricum vota,  
 oblationes, atque inter ipsas aras pro-  
 stantium merentiumque corollis re-  
 dimitarum stipendia, ut in colonia  
 Succoth Benoth Assyriorum, Venus  
 Siccensis vulgo *Urania*. Corinthi &  
 Lacedæmone passim ab *Herodoto*, Herod. 1,  
99.  
*Strabone* & *Athenæo* memorata recen-  
 sere institui; verum Lacones prosti-

tuisse virgines (hinc *παρθενίας*, qui Tarentum occuparunt) Phœnices item produxisse filias suas ut dotem femoris usura lucrarentur, luculentum demonstravi, in Libro decantato, actis. Ut inter sacra corporis injuri contrahebant dotem, ita & nupturientes, antequam conscenderent spondam, exonerare voluerunt in mari littore eugion, molesto & supervacuo pondere, assensui molestissimum Babylonii *liberos conjugesque*, teste Curtio, *cum hospitibus stupro coire, modo pretium flagitii detur, parentes maritique patiuntur.* Justinus de Cypriis dotalem pecuniam corporis obsequio quærentibus: *Mos erat Cypriis, virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quæsituras, in quæstum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitiae libamenta Veneri soluturas.* Thraces non asservare virgines, sed cum quibus libitum est, commiscere se notat Alexander Neapolitanus. St. scopis Gnidæ, Uraniæ, Astartæ, Erycitis five Erycinæ (à cascis Latinis Frutis di-

Curt. L. 5.

Seyabo L.

11.

Justin. I.

18, 5.

Hæc &amp; Le-

crenses

Justin. 21,

3.

Herod. L. 5.

Alex. L. 4,

5.

dictæ ) & Corinthiacæ Veneris fanum  
verrere incipiamus.

§. XII. Apud Pausaniam & Artemidorum Veneri Vestæ, Pelagiæ, Marinæ sive Saligenæ virgines viripotentes sacra faciebant. Nam licet Venus, vulgivagæ libidinis auctor, nihilominus tamen æque matrimonii thalamicque suasor est. unde παρθόρη ἀφροδίτη, quod παρθὸν thalamumve curret. Laudarunt propter elegantias atque virtutes non solum Vestales, sed & quasvis prophani laris virgines Gentes moratiores. Ecce autem, Scipio, cui tam grande de Africa nomen fata decreverant, *virgines regias excellentis formæ tam sancte habuit, quam si eodem quo ipse parente genitæ forent: summam adhibuit captivis curam, ne quis earum corpori illuderet: puellas præcipuæ pulchritudinis, barbaris restituit, ne in conspectum quidem suum passus adduci, ne quid de virginitatis integritate delibasse saltem oculis videretur.* Similia paris venerationis & castitatis miracula de Cyro, Alexandro, Juliano,

Livius l.  
26. 49.

Curtius L.  
3. c. 12.

Florus L. 2.  
c. 6.

M 5 nec

nec non Belisario collegit, variis auctorum testulis coadunata, Freinsheimius. Lex gentium maximam curam gessit undique ne ulla contumelia uspiam afficeretur mulier. Marcellus & Lucullus, Chosroës strictis sanctionibus fartam rectamque voluere devictarum castitatem. Alexander Ro-

*Ioseph. l. 2.  
contra Ap-  
pionem.*

*Arrianus.*

*Plutarch.*

*stat. L. 5.  
Theb.*

*L. 3. c. 4.  
§. ult. 1.  
B. P.  
adde Just.  
L. 39. 3.*

*L. 26.*

*Livius L.  
30.*

xanem captivam non per libidinem abusus est, sed matrimonii dignitate sibi conjunxit. Lycurgus apud Stacium ratus est Duci in familiam cujusque subditi jus esse, adeoque injuriam in corpus devictæ servæ inferre

humani juris asseruit: *Melius tamen, notante Maximo Grotio, alii, qui non solam injuriam, sed ipsum efferatæ libidinis actum hic considerant.* O pudor inviolabilis! qui turpissimam vexationem instituerat, dicitur vim nefariam intulisse apud Diodorum Siculum. Audi sodes inclyti Scipionis effatum omni præconio dignum, ad Masinissam, qui Sophonisben captam sibi vindicare volebat: *Syphax Populi Romani auspiciis victus captusque est; itaque ipse,*

*con-*



*conjux, regnum, ager, oppida, homines  
 qui incolunt, quicquid denique Syphacis  
 fuit, præda Populi Romani est. Adeo ut  
 Gentilibus inter aras & focos & arma  
 venerabilis fuerit pudicitia. Hetruscus  
 cum anxia diligentia sollicitabatur à  
 multis puellis, quæ curiosum oculum  
 applicuerant ejus liberali venustæque  
 faciei, statim stigmatibus eam oblitera-  
 vit, quæ vulnera iis magis fugam quam  
 quietem incutiebant. Non solent ista  
 fieri, & præcipue in hac civitate, in  
 qua mulieres etiam Lunam deducunt.  
 Ita virgines Coldinghamenses in An-  
 glia, tristes expaverant Danorum colea-  
 tas cuspides, quapropter sibi ipsis intu-  
 lere damnatas manus, nares suprema-  
 que labia cruento demetere ferro haud  
 veritæ, ut horrorem furientibus latro-  
 nibus incuterent. Noli me jocari puta-  
 re; Thebanæ, Milesiæ, Byzantinæ, Pata-  
 vinæ post illata supra mutuis vulneri-  
 bus indemnatum spiritum fato tradi-  
 dere. Mihi pili inhorruere, ubi Phido-  
 nis filias, Cassandram, Chryseidem,  
 Lucretiam, Camillam, Atalantam,  
 Har-*

*intelliges ex  
 §. 17. I.  
 de Rebus  
 Divisione.*

*Ambros.  
 exbert. ad  
 Virg Cæli-  
 us l. 7, 274*

Harpalycen stricto gladio, capulo tenus, sese jugulasse, dissecuiffe, & quicquid cruciatus excogitari poterat, edidisse legebam. scelus scelere velatur. & ferrum sæpe medicinæ loco est. Nec implacabile tantæ pœnitentiæ odium in se recepere puellæ nostrates, potius in ludibrium reservarent violatam naturam. Viderint, qui hoc die aliam opinionem fovent: ego si mentiar Genios vestros iratos habeam. Falleris mi Pelagia, quæ attonito vultu effera-  
 toque nil aliud quam cædem & sanguinem cogitas, frequensque manum ad capulum referens, tandem violentas tibi infers manus, ut hostiam virginittatis Duci castittatis offerres. Deciperis etiam Augustine, qui fatuas has puellas matronasque, pudoris injuriam morte prævertentes, patrocinaris. *Quid si hoc fecerint, non humanitus deceptæ, sed divinitus jussæ, nec errantes, sed obedientes: licet retentam constantissimo animo pudicitiam non excutit, pudorem tamen incutit, ne credatur factum cum mentis etiam voluntate,*

*Ambros. de  
 Virgin. L.  
 3., 117.  
 Euseb. Hist.  
 Eccl. L. 8,  
 12. & 14.  
 & in via  
 Const. M. l.  
 c 34.*

*l. r. c. 76.  
 de C. D.  
 vide tamen  
 cap. 18.*

tate, quod fieri fortasse sine carnis aliqua voluptate non potuit. Rectius Arnobius: Non est nocens quicumque sponte non est nocens; quia delicta sine delinquendi animo non constituuntur.

*Crimen erat nostrum, si delinita fuif-*

*sem:*

*Cum sim rapta, meum quid nisi nolle fuit?*

*perpende*

*exempla*

*Michalis 2*

*Sam. 3, 14.*

*Aristoma-*

*cha Elian.*

*L. 12. V. H.*

Miserere Circæo poculo dementatæ Lucretiæ. Quid enim attinet, fatuæ an innocentis tristem, turpem fœdamve ἀυτοχρεια Dodonæo ære venditare? Non imprudens consilium detestor, sed intemeratam pudicitiam truculenta gloria polluere inexpiabile scelus confido. honestam pudicamque ejus educationem indice digito demonstrat Patavina Siren, sed jejunam ultionem sui diris devoveo. Non casus impudicam facit, sed mens, ne utiquam enim nec ulla juris ratione impudica habetur, quæ vi ferroque stuprum pati coacta est, vel cui volenti nolenti vis infertur, at hæ propudiosæ deputandæ sunt lupæ & cloacæ, quæ  
cu-

cuculum amplexibus suis intempestiva  
nocte defatigant, signoque dato con-  
citant. Fœdasti casto cruore patrios la-  
res.

*Si fuit ille tibi, Lucretia, gratus adulter,  
Immerito ex merita præmia morte  
petis.*

*Sin potius casto vis est illata pudori,  
Quis furor alterius crimine velle mo-  
ri?*

*Frustra igitur laudem captas, Lucretia,  
namque*

*Vel scelerata cadis vel furiosa ruis.*

Orbavit Patrem filiâ, Collatinum  
uxore, liberos matre, nefaria mortis  
anticipatio. Quid an fieri hoc possit  
hodie, interrogate audaciam vestram?  
Omnes zonas loris sub vestimentis  
vinctas pro sarcinis habent, adeoque  
si vis inferatur non sternutare, sed nec  
sternere solent, voluisse mori sævitiam  
horribilem deputantes. Sufficit si haud  
ignoratis pudicitiam esse animi bo-  
num, quod nemini invito eripi potest.  
Noli sodes Juvenculas adhuc laboris  
expertes, ad cruentum scelus adhor-  
tari,

ri , neque ego Lucretiæ , infausto  
 mucrone anhelitum sibi intercluden-  
 s , stuporem deprædicare vellem.  
 contra si mente fideli , & non sævo  
 metu casta haberi velis , præstabit te-  
 um in armatum Mopsu , galea attri-  
 um , gibbo ingenti mediis in naribus  
 leformem , & acri stillantis ocelli  
 nalo horribilem , sumere. *Qui latro-  
 nem cædem sibi inferentem , vel alium  
 quemlibet stuprum inferentem occiderit ,  
 puniri non placuit*, ait Paulus JCrus : &  
 Augustinus : *Lex dat potestatem cuiquam  
 viro aut fæminæ stupratorem violenter in  
 eam irruentem , ante aut \* post illatum  
 stuprum , si possit interimat.* Mars Deo-  
 rum judicio absolutus est ob filiæ suæ  
 stupratoris cædem. Chiomara à cen-  
 turione stuprum passa , memorabili  
 exemplo custodiam evasit , revulsum-  
 que militis caput ad maritum suum  
 Orgiagontem , Gallogræcorum Regu-  
 lum , retulit. Cordate apud Heliodo-  
 rum Chariclea , *justam* , dicit , esse de-  
 fensionem castitatis suæ ad arcendam in-  
 juriam. Si infami injuria , sive infamia

L. 5. T. 23.  
 sentent.  
 Illico post  
 perpetrata  
 stuprum col-  
 lecto spiritu  
 si non de-  
 stitit præ-  
 datorem  
 persequi.  
 Nam dum  
 deseruit  
 libido &  
 ira sedata  
 patientia  
 opua : alias  
 multa in-  
 ter os &  
 offata.  
 Πολλά  
 μεταξὺ  
 τέλει & ὕ-  
 λι &  
 καὶ χεί-  
 λε & ἄ-  
 κρη.  
 Apollod. 3.  
 Flor. 2, 11.  
 &

*Exemplum  
C. Platii  
apud Val.  
Maxim. 6,  
1, 12.  
Quint. De-  
clam. 3.  
L. I. §. 4.  
D. ad L.  
Corn. de Si-  
car.  
L. 8. §. 2.  
quod si.  
D. quod  
met. caus.*

*§. 2. l. de  
his qui sunt  
sui vel a-  
lien. l. l.  
2. D. eod.  
l. 30. C. ad  
L. f. adult.  
l. 1. §. pen.  
D. de  
quest.  
Seneca 3,  
22. de be-  
nefic.*

& stupro affectetur puer, hunc impudicum pudicitiae violatorem, æque a vitæ insidiatorem occidere non rati tantum, sed & expressa lex permittit. Est autem hæc injuria gravior ipsi morte. Sic intelligite diabolares Leguleji Legem nonam D. de man. vindicæ ab interpretibus non intellectam. Nam famæ honorisque violatio non vitæ comparatur, sed ita demum infami injuria templum Spiritus Sæpolluatur. Ulpianus, Justinianus & Antoninus ad Ælium Martianum infamem dixere injuriam. Seneca: *de injuriis Dominorum in servos positus est, qui avaritiam compescat. passim apud Tranquillum in Julio c. VII. in Tiberio c. XLIV. Capitolinum in Maximo. Juvenalem Sat. II. Tacitum L. I. An: Magnitudinem infamiæ à nonnullis concupisci. Quid enim infamius iis, quæ natura reperit non esse contentum, utpote suavioribus, sed morbo corpus deturpare & sic se totum infamem exponere.*

nerere. Ob παρὰ τὴν ἀπείθειαν se infamem  
 dicit τρεῖς Sappho apud Nafonem:  
*Lesbides, infamem quæ me fecistis,  
 amatæ.*

Ob injuriam contumeliamque hanc  
 servis dominos mutare jura sinebant,  
 daturque ob extortam pudicitiam eis  
 postulandi libertas, quæ alias regula-  
 riter iisdem denegata est. In mancipio  
 cogitandum est, non quantum illud im-  
 pune pati possit, sed quantum tibi  
 permittat æqui bonique natura. Exe-  
 crabilis itaque Aterii Declamatoris &  
 morte pianda vox: *Impudicitia in  
 servo necessitas, in liberto officium.* rec-  
 tius in omnibus crimen. Latius hæc  
 suo loco in Libro II. nuptorum sche-  
 matum.

L. 20. D.  
 O. & A.  
 §. 8. D. Of-  
 fic. Præf.  
 Urb. l. 20.  
 D. de his  
 qui accus.  
 non possunt.  
 & §. 3. I.  
 Injur.

Seneca l. 1.  
 c. 18. Clem.

*Infans namque pudor prohibet nunc  
 plura profari.*

Vos interim meros Legulejos, mor-  
 tuis glossariis incrustatos

*Discipulorum inter jubeo plorare ca-  
 thedras.*

Utrumque pœna capitali vindicat  
 Quiritium tribunal: Quia virginitas  
 N vel

L. 1. D. de  
 extr. crim.

L. 5. C. E.  
pisc.

2. Conly.

vel castitas corrupta restitui non potest, idcirco à vi atque injuria defendendam esse pœnarum severitate voluit Justinianus. Qui Asceticam Deoque dicatam Vestalem impudico aspectu intuitus esset, capitis pœna afficiebatur. Lege Julia de vi coërcentur, qui Virginem, mulierem, viduam, sanctimoniam, honeste viventem, rapuerint, abduxerint atque vi stupraverint. Rei, socii, atque ministri capitis supplicio bonorumque proscriptione damnantur. *O Dii!* inquit Seneca, *effregit fores & identidem leges invocantem coëgit pati stuprum: Antiphona jacet, te aspicit, & assidue files: Tyrannus permisit dominam rapere, non coëgit.* Quærere à puellis cœpi, num matura mulier vi stuprari possit? Nemo, inquiunt, hodie: Sed olim Lex Hebræa puellæ in agro constupratæ credi vult, si se dejeret vi subactam, in urbe autem consentire censetur, quia turbam ciere potuisset. Quæcunque agminatim de stupro congeruntur, futilia, incondita, nec JCto digna videbis,



is, si nefas in rationis rectæ dictamen  
 laud commiseris. recte ergo me fac-  
 urum, si excusationem aliquam ido-  
 neam præparem, arbitror. Vix enim  
 ieri potest, ut maturam virginem  
 inius rabies subagitare valeat. Bel-  
 ovifus contendit immaturam stupran-  
 tem, noxam equidem meruisse, ve-  
 rum Lege Aquilia daturum pœnas per  
 legem xxv. D. de *Injuriis*. ducto argu-  
 mento ab immatura oliva ex L. 27. §.  
 25. *Ad Leg. Aquil.* ad immaturos vir-  
 ginis flores.

*Prax.*  
*Crim. l. 1.*  
 c. 9, 36.

*Quid fraudare juvat vitem crescenti- Tibull.*  
*bus uvis.*

Producta non censetur virguncula  
 verecundissima, quæ huic petulantia  
 non sufficiebat, nec ejus ætatis, ut mu-  
 liebris patientiæ lex ei imponatur,  
 quæ necdum arietantis impetum ferre  
 poterat; adeoque qui primulum sur-  
 gentes papillulas vi suffocare pudici-  
 tiamque pellere, acerbæ puellæ virgi-  
 nitatem interficere, hymenemque  
 pupæ deintegrare, muliebri dedecus  
 expugnare ausus est, jure merito ut

N 2

no-

184 HADR. BEVERLANDUS  
nocturnus grassator plectendus. Quæ  
tamen omnia in iis, quæ taurum tol-  
lunt, dum vitulum sustulerant, & in  
his, quæ commodare quandoque am-  
plexus, multoque magis in lupis, quæ  
vendere solitæ erant recipros mo-  
tus, aliter se habere Ixionis norunt  
nepotes: nisi prædator corporis timi-  
dissimo murmure adgressus reluctan-  
tem, vi invaserit, raptuque improbo  
abduxerit. Dum omnia stupeo, quæ  
perversa ratione, legibus etiamnum  
suffulta, torquentur, ecce in tribunal  
excelsum naturali æquitate præpol-  
lens me rapiebat Mercurius. Nam aut  
vir ego, liberque non sum, aut noxio  
sanguine parentabo injuriæ nostræ. Ita  
tamen ut dignitatem pudicitiamque  
vestram, Patavinæ, contra nocturnos  
grassatores vindicando aut consilio aut  
re adjuvero. Cæterum scitis quid ten-  
tare plerumque soleat humanam fa-  
tietatem. Neque vi, neque impetu  
callidus amator sollicitat puellam,  
sed continuo usu concinnat amorem.  
Major in exoptata virgine contem-  
plan-

planda voluptatem esse, quam in con-  
 tractanda, nos docet Achilles Tatius.  
 Nam dum sese oculi mutuo respe-  
 ctant, imagines corporum, speculo-  
 rum instar, suscipiunt: pulchritudi-  
 nis autem simulacra ipsis à corpori-  
 bus missa, & oculorum ministerio in  
 animam illabentia, nescio quam, se-  
 junctis etiam corporibus ipsis, per-  
 missionem sortiuntur, corporum  
 congressu, qui certe inanis est, longe  
 jucundiolem. Tibi vero ego rem  
 brevi ex sententia processuram præ-  
 nuncio. Maximum enim ad persua-  
 dendum momentum habet conti-  
 nuus usus. Conciliatores enim amo-  
 ris oculi sunt: atque ad gratiam com-  
 parandam assidua consuetudo maxi-  
 mum in modum conducit. cujus qui-  
 dem tanta vis est, ut feras, nedum mu-  
 lieres, mansuefaciat. Jam vero ali-  
 quid etiam ad virginem illiciendam  
 æqualis amantis ætas potest. Quod  
 præterea in ipso ætatis flore ad ea im-  
 pellit, ad quæ natura ferimur, si id e-  
 tiam addatur, ut amari quæpiam se

„intelligat, mutuum amorem gign  
„Virginum enim unaquæque form  
„sam se esse credi vult, atque ama  
„gaudet, amatoremque tanquam fo  
„mæ testem laudibus extollit. ac si qu  
„est, quæ nondum se à quopiam di  
„gi sentiat, sese minime formosa  
„arbitratur. Illud unum ergo in prim  
„te hortor, ut omni studio enitare  
„quo se à te amari credat; ita enim  
„quam primum imitabitur. At qu  
„nam pacto ea, inquam, fient, qu  
„prænuuncias? Agedum tu, quid agar  
„me mone. Amoris enim sacris an  
„me initiatus es. majoreque usu po  
„les. Quibus dictis, factisve utar  
„Quo modo amatæ virginis compo  
„evadam? Rationem enim inire ip  
„nescio. Tum Clinia, Minime, in  
„quit, opus est, ut id ex aliis disce  
„labores. Deus hic ipse sibi præcepto  
„est: Virginem in primis ne de stupr  
„appelles, caveto: sed ut negocium  
„re ipsa conficiatur, silentio curato  
„Pari enim verecundia pueri sunt,  
„puellæ. Ac quanquam Venereorum

„ cupiditate teneantur, non tamen de  
 „ iis quæ perpetiuntur sermonem se-  
 „ cum haberi volunt, turpitudinem in  
 „ verbis collocatam existimantes. Quæ  
 „ viros expertæ sunt, verbis etiam de-  
 „ lectantur: virgines vero amantium  
 „ præludia tentandi gratia adhibita fe-  
 „ runt, nutibusque velle sese statim  
 „ significant. Itaque si ad Venerem  
 „ verbis invites, aures ejus oratione il-  
 „ la offendes, erubescet, averfabitur  
 „ tua dicta, convicium sibi fieri puta-  
 „ bit: ac quominus vel cupiens pro-  
 „ mittat, pudore præpedietur: tunc  
 „ enim ipsi se rei operam dare arbitra-  
 „ tur, cum majoribus verborum ille-  
 „ cebris ad eam invitari se audit. Sin  
 „ vero conatu aliquo alio sensim ad-  
 „ hibito morigeram illam reddens  
 „ prompte accesseris, multo tu qui-  
 „ dem, seclusis ut in sacris fieri solet,  
 „ silentio utitor, ac paulatim appro-  
 „ pinquans osculum dato. Amantis e-  
 „ nim viri osculatio apud volentem  
 „ puellam tacitæ petitionis, apud no-  
 „ lentem precationis obtinet locum.

„ Jam vero etsi ex compacto , ac sæp  
„ etiam sponte aliquæ obsequantur  
„ vim tamen videri sibi allatam volun  
„ quo necessitatis opinione volunta  
„ riam turpitudinem excusent. Lice  
„ itaque repugnantem videas , detiner  
„ tamen noli : sed quonam modo ii  
„ repugnando se habeat , observa. Sal  
masii humanitati gratias agite. Ac  
summam , statim cognoscetis , cui de  
deritis beneficium. Si sedens super  
torum sinat horridulas fororiantesque  
primulum papillas , quales cruda viro  
fervat , baccantes lactentesque mam  
millulas palpari , mox manum in si  
num inferi , factum puta. Secundum  
hanc sollicitationem lacrymas effun  
dit , gemitibusque largis concussa ,  
tota facie & pectore torum ejus pres  
sit. Ille eodem tempore & misericor  
dia turbatus , & metu , bonum ani  
mum habere eam jussit. Hilarior post  
hanc pollicitationem facta , ex lacry  
mis in risum mota descendentes ab  
aure capillos , dentata manu duxit ,  
commovitque valgiter labra , & eum  
tan-

tanquam furtivis subinde osculis verberabat. Furibundus subinde amator prolato peculio cœpit rogare stuprum: Illa tamen vehementer exhorruit vexata, ut tertianæ impetum timeret. Nec interim deformis aut infacundus juvenis castæ videbatur. ipsa itaque porrexit ad humanitatem invitantis victam manum, cervicemque ejus invasit & non repugnanti domino innumerabilia oscula dedit. Quid diutius moror? ne hic quidem à virginali corporis abstinuit, sed impetum morbi monstrosa subtilitate lenivit, omni denique vi detexit recusantem. Volebat misera exclamare, & invocare Quiritium fidem, sed sciebat nec in auxilio esse quemquam. Ne tamen amplexus videretur concedere, ac comatoria & unguibus

( - *prælia virginum*

*sectis in juvenes unguibus acrium* )

ejus malas punxit. Sine dubio non repugnaverat puella, ac ne quidem tristis expaverat nuptiarum nomen.

Quomodo inter *ἡεραπιδειν*, *ἡεραπιδειν*

N 5

πειν

*Quod licet  
ingratum  
est, quod  
non licet  
acrius urit.*

ῥῆν ἢ Φυλάττειν honestæ ludant & faci-  
 ciant, novit is

*Inter fæmineas tota qui luce cathedra  
 Desidet.*

*Vim licet  
 appellant,  
 grata est  
 vis illa  
 puellis.*

Solent equidem stuprari puellæ, se-  
 non invitæ parum reluctantes, tan-  
 quam quæ nollent vincere, ingenios  
 luctatione vinci volunt. Ingenios  
 Naso:

*Epist. 127. Viribus illa quidem victa est, ( ita  
 credere oportet )*

*Sed voluit vinci viribus illa tamen.*

Ausonius de Penelope:

*Dente nihil violare fero, nihil ungui-  
 bus ausa,*

*Fædera non tacita pace peregit amor*

Puella quædam levato velo dicam  
 impingens stupratori, rem exponit  
 judici. Perditus nebulo, (inquit cru-  
 ciabili silentio diutissime fatigata) nac-  
 tus opacæ noctis silentiosa secreta,  
 me tentis invadit nervis, totumque  
 corporis pondus in postremos popli-  
 tes recellens, variisque turbinibus  
 quassatam me exanimem reddidit,  
 adeoque lento duello collisa, in Ve-  
 ne-

*Nolo nimis  
 facilem dis-  
 ficilemque  
 nimis.*



nerem ruentis tauri pondus diutius  
 tolerare vix potens, fessa procubui  
 humi, vaccæ instar. manibus post terga  
 ligatis, retortisque in terra furis, sic  
 ambobus luctantibus libido mutua &  
 animos simul & membra suscitât, le-  
 vatoque sensim sinu murmur inaudi-  
 tum effundo. Sed incassum! membra  
 tremulo succussu quatit & cossim in-  
 fidens contorquet nervos, compli-  
 catque palmulas in alternas digito-  
 rum vicissitudines post tergum con-  
 nexas & revinctas: quid facerem mi-  
 fera? lassum cum mente corpus jacet!  
 invitamento exiguæ stipis punican-  
 tem obtexit:

*Oblatas  
 sperno ille  
 cebras.*

*Sed Dea non patitur sic ad sua gaudia  
 cogi.*

*Denegat  
 & pugnat  
 sed vult sua  
 per omnia  
 vinci.*

Ille tamen lubricis gestibus mobilem  
 spinam quatiens carneam cuspidem  
 in ima viscera condidit, lactentibus  
 papillis manus crudeles implevit, ba-  
 siisque inhæsit, donec implicita mem-  
 bra omne genus amoris invenerant.  
 tandem vexatas solo vestes, dilacera-  
 tasque vittas & comas virgineo de-  
 core

192 HADR. BEVERLANDUS  
core spoliatas concitato gradu cuncti  
exhibens iudicibus, manantes lachry-  
mas pollice exprimendo pudicitiam  
suam auctorata est.

*Clamabat flebatque simul, sed utrumque  
decebat,*

*Nec facta est lacrymis turpior illa suis.*

Matronam flebilem respicit iudex,  
rogatque num crudelis spoliator pe-  
des ejus catenis non vinxisset? vultu  
atque ipsa trepidatione veritatem  
prodit, asseritque virginitatis suæ pro  
tanta solitudine metuens, se tam anxie  
& sollicite pedes divaricasse, incer-  
tisque altercationibus commovisse,  
ut uni impossibile fuisset, pedes suras-  
que institis coadunatis alligare. res ip-  
sa sermoni suo fidem dabat, ingentique  
risu personabat curia: seu naturaliter  
impudica P. C. seu fato ad extremum  
impulsa flagitium, invita religiosæ ne-  
cessitati succubuit:

*Vulnus hiat magnæque patet via lu-  
brica plagæ.*

Abi domum vidua, & si socio cona-  
mine alligata mutuo ambitu corpora  
ap-

applicare velis, precor fodes, *Ick soud-  
ie raden datje het niet toe soudet laten  
susje. Aliud dicendum si vastissimis  
stupratoribus foret obsessa & una fœ-  
mina duorum dolo sit victa ac pro-  
strata.*

*Kom, zeg ons schaapje, zeg, wat is'er al J. Kan  
te klagen;*

*Wat geefje dog de schult aan braam of  
dorenhagen,*

*Van u verloren wol, en uytgepluckte  
vacht?*

*Na ick het stuck begrijp, ghy hebt u  
niet gewacht:*

*Ghy hebt vermaak gehad om door het  
velt te loopen,*

*En daerom is'et recht dat ghy het moet  
bekoopen.*

*Maer hadje by den hoop, of in de koi ge-  
bleven,*

*Daer hadde niet een braem aen uwe  
vacht gewreven.*

*Wat is'er menig schaep dat van de do-  
rens klaegt,*

*En, ziet, het liep'er in eer dat'et was  
gejaegt.*

Lex

Exod. 22,  
17.

Lex tamen virginitatis stolatum jus contra petulantiam scurrarum certis legum sanctionibus præmunivit constituitque Legislator Moyses, Ut Juvenis, qui obtentu futurarum nuptiarum, patre incio, seduxerit puellam cum eaque cubaverit, ducere & dotare vitiatam, vel si pater negat filiam, tum nihilominus dotem conditioni filiae congruam præstare teneatur. Secus si absque nuptiarum memoracione reluctantem, dulcioribus demulcens basiis, stupraverit, I. argenteos patri dabit stuprator, poteritque ducere, sed postea & male moratam divortio dimittere, secus in priori casu. Athenis qui non rectum vitæ iter insistere, sic & phaleratorum mangonio virginem stuprare cœperat, ducere vel dotare eam Lex mandabat. Hinc apud Comicum: *Virginem vitiasti, quam te jus non fuerat tangere.* & Plautum: *Ut quod ego erga te imprudens peccavi, aut gnatam tuam, mihi ignoscas, eamque uxorem mihi des, ut Lex jubet.* Jus Romanum nullam ad  
do-

otem largitur actionem, sed publico  
indicat iudicio.

§. 4. l. de  
P. 7.

*Nulla reparabilis arte*

*Læsa pudicitia est, deperit illa semel.*

Constituit enim Augustus, ut si quis  
honestus virginem viduamque probam  
*ine vi* stupraverit, ut publicatione  
partis dimidiæ bonorum, si humilis  
corporis coërcitione cum relegatione  
mulctetur. Pejore loco esse non po-  
test, quam si spolietur virginitate sua  
virguncula.

*Nam virgo dum intacta manet tum  
chara suis, sed*

*Cum semel amisit polluto corpore florem  
Nec pueris jucunda manet, nec cara  
puellis.*

Propter publicarum fornicum licen-  
tiam honestæ virgines legum auxiliis  
præmuniri voluere. Nequaquam recte  
facit, qui honesti civis filiam blanditiis  
eiusque producit, ut invita vel vo-  
lens ejus libidini succumbat.

*Nemo ire quenquam publica prohibet  
via,*

*Dum ne per fundum septum facias se-  
mitam, Dum*

*Dum te abstineas nupta, vidua &  
virgine,*

*Ama quod lubet.*

Propter morum differentiam aliam legem præscribere Celsissimi Comitatus Zelandiæ Proceres, variosque lubricorum schematum casus cognoscentes decreverunt, Edictoque præceperunt ut ancillæ se caveant à rigidis Dominorum telis, adeoque si se stuprari & imprægnari finant, ut ipsæmet faucibus teneantur solæ alimenta præstare infanti. Iactantur itaque, quacunque ratione possunt, sartrices & lotrices, videbunt se infra legum auxilium positas. solent enim albæ gallinæ filii nobilesque pueri concubia nocte, flore Liberi patris haud leviter adpersi, domum venire, adeoque ne tunicam palliumque pertunderent, aut nocturnis somniorum interpretamentis polluerentur, haud perfunctorie cum puris ancillis fortiter facere. Ne itaque secululejæ mulieres unius noctis tactu omnia venderent, fruenturque votis usque ad  
in-

*Lege sodes  
Boerii De-  
cision. 299.  
2.*

invidiam felicibus. Invigilavit itaque pudicitiae honestarum ancillarum Legislator, ne nimis temere obsceni obsequii necessitate dominis suis praesto sint. Plerumque enim veneficae occasionem improbam captantes, solebant spissius patrisfamilias filium basiare, & pertracto vasculo inguinum pondus sollicitare: O Domine! belle, inquit cosmeta, cras in promulside libidinis sponsae tuae militabit hic muto! Ille itaque hilarior factus post hanc pollicitationem (ne frigidior hieme Gallica factus videretur) consurrexit ad officium nuptiale, eamque probe subagitavit. Nolite credere, me sententias, id est, vitrea fracta, & somniorum interpretamenta vobis venditare, ecce aliquam stropham inveniam agamque causam vestram. Multo turpior Gentili hic esset, hercule, qui sponsaliorum praetextu deciperet ancillam honestam. Vae captiosis Sycophantarum strophis! vae versipelli astutiae! Adeoque si sapere velitis, ne tam facile nuptia-

O run

198 HADR. BEVERLANDUS  
rum futurarum augurio puellas basibus  
inconditis inquinat : neque vos vir-  
gunculæ tam cito cervicem alicujus  
invadite , nec non repugnantem puerum  
innumerabilia oscula date. Dives  
enim ubi appellat pauperem , alteram  
manu fert panem , penem ostentat  
alterâ. Quæcunque se ultro offerunt  
Studioso aut militi aut pictori , mo-  
dius fidius censetur præceps consen-  
tire in stuprum. Quapropter recte  
Berlichius concludit Studiosum stu-  
prantem lotricem ancillamve non  
teneri pœna stupri. Zelandiæ Ordini  
num edicti æquitas legum Romana-  
rum auctoritate suffulta est *L. v. §. 4*  
*D. de lib. agnos. & §. 14. ibid.* nec non  
*Auth. ex complexu Cod. de Incest. Nupt*  
*Convenit & cum jure Frisico, L. i. Or-*  
*donant. & statut. T. 4. §. 2.* Ita ta-  
men ( ut mentem meam probe perci-  
piatis ) ut stuprator , si sub matrimoni  
nomine fidem dederit , teneatur pro-  
missis stare. Denique ut caste & catu-  
omnia fiant , non sufficit nudis pac-  
tis ( sine scriptura , teste , aut signo  
ve

4. *Concl.*  
38. n. 82.

*Carpzov.*  
*§. p. 2.*  
*Prax. crim.*  
*7. 68. n.*  
*91. 100.*

*Sed si nil*  
*dedimus ,*  
*præter si-*



vel denique arrhis) arduum hunc cam-  
 bum ingredi: nam tædas conjugii  
 olerumque prætere solent, ut hoc  
 nomine culpam protegerent Ancil-  
 arioli:

*Conjugium vocant, speciosaque nomina  
 culpæ*

*Imponunt.*

Simplex hæc pollicitatio verba hono-  
 ifica & curialitatis redolet, ex quibus  
 nulla nascitur obligatio. *arg. L. VIII.*

*D. de O. & A.* dum magis adulatoria  
 quam obligatoria censentur in Jure.

Curia novit jus, quandoque jubet ut  
 stuprator alimenta infanti solus præf-  
 tet, juxta *L. IX. Cod. de Patr. potest.* præ-

cipue si deflorata egens sit *arg. L. V. §. 2.*  
*D. de agnosc. & alend.* Sed demus in-

felicibus dimissionem: cum itaque stu-  
 prum non committatur in ancillam

*L. XXIX. C. de Adulter.* neque adulte-  
 rium in mulierem servo junctam *Levit.*

*XIX. 20.* multo minus in meretricem,  
 quæ nundinato pudore deducta in for-

nicem, obscæni quæstus gratia, se fu-  
 bigi patitur. Has non fors humilior

*ne peccare  
 vocem,  
 Verba suis  
 frustra siri-  
 bus orba-  
 tenes.*

*Mant. l. 2:  
 T. 4. n. 48.  
 Facit &  
 Boerii D.  
 53. n. 37.*

*Tessaur.  
 Decis. 3.  
 Surd. 9.  
 14. de Ali-  
 men. Grot.  
 L. 3, 35.*

*L. 6. §. 1.  
 D. ad L. I.  
 Adul.*

*in Eun.**Andr.**De sanov.  
erap. p. I.  
26.*

tantum damnavit, sed & vitæ vilita  
& proculcatum matronæ nomen infr  
legum curam posuit. Nec injuria apu  
Comicum Parmeno: *Quis unquam pr  
mæcho vidit in domo meretricia prebena  
quemquam? Non est flagitium adolescentu  
lis scortari. Verum id vitium ego nunquam  
decevi esse adolescentiæ, nam id omnibu  
innatum est. Et Reipublicæ Romanæ  
Consul M. T. Cicero: Si quis est qui me  
retriciis amoribus juventuti interdicitun  
putet, est ille quidem valde severus. Dio  
genes auctor erat adolescentibus, ut  
subinde intrarent εἰς πορνεία, ut dif  
cerent, quantum differrent τὰ τίμια ἢ  
ἀναξίω. Cato apud Horatium:*

*Nam simul ac venas inflavit tetra libido  
Huc juvenes æquum est descendere,  
non alienas*

*Permolere uxores.*

Meretricio more se prostituentem im  
pune cognoscere licuisse tam in Orien  
te quam Occidente testatur ὁ πάλιν Sal  
masius. Publicatæ pudicitæ nulla  
succurrit Lex.

*Ne Lex Julia te notare possit:*

*Non*

*Non nubis, Proculina, sed fateris.*

Apud Batavos & Zelandos nomina  
 iua non solent profiteri apud Ædiles  
 probrosæ, sed passim in media Su-  
 bourra & Summœnio, quin & tota urbe  
 vagantur. Adeo ut puellæ quæ in lu-  
 panari versantur, vicem prostitutæ  
 apud nos obtineant, & quæ in su-  
 spectæ pudicitia caupona potantibus  
 ministerium præbet, præsumitur mere-  
 trix. Si itaque præter naturam infelici-  
 ter imprægnetur, ipsa sola infanti pro-  
 curabit alimenta, quia certum patrem  
 demonstrare nequit. Non minus ar-  
 duum quam lubricum dictu, quænam  
 meretricis nomine salutare dignetur.  
 Amasiæ, clandestinæ, defultoriæque  
 multæ dantur equæ, quæ omnes tamen  
 honestæ censentur, donec contrarium  
 probetur, monentibus Practicæ disci-  
 plinæ Duumviris Mascardo atque  
 Menochio.

L. 43. §. 9.  
 R. N. adde  
 22. C. de  
 Aduli.

de Prob. v.  
 3, 14. 20.  
 l. 6. Præf.  
 81, 1.

*Verum enim meretrix fortunati est op-  
 pidi simillima,  
 Non potest suam rem obtinere sine mul-  
 tis viris.*

O 3

Me-

L. 43. § 1.  
D. R. N.  
L. 22. C.  
ad L. J.  
Adul.

Meretrix est quæ palam, passim & indistincte sine delectu se cuius petent prostituit.

*Pace loquar Veneris*

*Stat meretrix cuius mercabilis ære,*

*Et miseras jussu corpore quærit opes*

Sed ne me putes approbasse schedium juris Canonici & Glossarum fatuitatem ipse eam meretricem statuo, quæ unquam gratia se stuprandam locavit

Cov. Spons.  
2. p. c. 8.  
11. G. L.  
62. Men.  
arbit. L. 2,  
201, 7.  
Masc.  
1066, 4.

Suffragantur Covarruvias, Gomefius Menochius pariter ac Mascardus. Ulpianus dixit, *quæ uni & alteri*: quod L. Valla de *duobus* interpretatur. Meretrix ex re nomen habet, quod meretum

Oem apud  
Ovidium,  
Nec pretium stupri,  
gemma,  
aurumque  
poposci:  
Turpiter  
ingenuum  
munita cor-  
pus emixit.

mercedem: *een hoer, die haer verhuert om een steeck-penninck*: Nisi velles aliam horam huer, nam Nonariæ ad clepsydram prostabant. Artem arte potius illudite puellæ:

*Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.*

*Parcite formosæ pretium pro nocte pacisci,*

*Non habet eventus sordida præda bonos.*

Cui

*Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa vo-  
luptas,  
Quem socio motu fœmina virque fe-  
runt?*

Quid est paralytica, ecquid tibi in partu aut in mortis agone aut juratæ fidem habendam putes? minime. Neque enim temere credendum fallaciis incrustato sexui, modo inficietur reus. Actrice non probante absolvitur reus. Lege sodes Grotium L. III. c. 35. Ifag. arg. L. III. §. I. D. ad SCt. Syllan. & L. x. D. de testib. nisi forte per occultum murmur temere confessus fuerit ea, quæ clam nocte fecerit,

*Christin.  
ad ll.  
Mech. T.  
18. 5. G.  
Grotius*

*Lascivam tota possedi nocte puellam,  
Cujus nequitias dicere nemo potest.*

tum proculdubio tenetur ad alimenta aliaque non pauca. Quid debent læsæ facere, ubi rei ipsimet ad pœnam confugiunt & pupæ norunt, nisi necdum ære lotæ fuerint. Econtra si certo pretio saginatum lupæ corpus rore spirituali impleverit, non tenetur postea conceptum agnoscere pro suo. Denique

*L. 24. R.  
N. Berlich.  
68.*

*Dissentit  
Grotius.*

si ultro se obtulerit honesta virgo, & sub nuptiarum spe se præbuerit, posteaque alios (ut Julia Augusti filia, quæ nunquam nisi navi plena tollebat vectores apud Macrobius) admiserit, cadit jure suo. Vides? ex actu virginis mores colligo, & quum prægnantem vides, quid cogites, scio. Sive ergo dejeret & pejeret in partu se certum patrem demonstrare posse, sive quod humanius est, sponsaliorum gloria magis quam nuptiarum pruritu illectam, nihili fiet, dum quæcunque sordibus calent, Studiosos altius cinctos sic traducere possent. Neque

*De Max.  
7. 7. l. 4.  
§. 3. de  
cond. ob  
turp. caus.  
L. 10. C. de  
testib.*

enim prostitutæ perfrixtæque fronti quam jus infamem dicitur, fides habetur. Denique omnem in propria re testimonii facultatem jura submovent. Licet moribundo spiritu in agone affirmaverit, tamen morienti in præjudicium tertii non creditur. Saltem non meretrici patulæ sunt præbendæ aures. Licet clamitet,

*Berii Dec.  
299. &  
Everb.  
73. 32.*

*Sed mihi vel tellus optem prius ima de-  
hiscat,*

*An-*

*Ante pudor quam te violem, aut tua  
jura resolvam.*

tanto minus credendum Veneticæ,  
quoniam audaci hac devotione pu-  
dorem modo excusserit.

*Quæ semel ejecit attrita de fronte pu-  
dorem,*

illa postea tanto facilius (iram enim  
à crimine mutuatur) se orco sponde-  
bit & diris devovebit. tanti facit jus-  
jurandum ac Delida detritas Samsonis  
crepidas. *Sy soude wel siveeren om een  
worst dat het varcken gortich was.* Vi-  
derint itaque puellæ, quæ cruciatus  
vestigia extra legitimum matrimonii  
nexum osculentur. Dissortem libidi-  
nem longioribus logis indicare penu-  
ria temporis negat. Placuit consilium,  
ut Reo parato potius deferatur jusju-  
randum, ut se purget. Multo minus  
ultimus palpitor, qui prægnantem  
inequitavit, tenetur alere antea sus-  
ceptum. Lex summo jure decidit, ut  
ipsa secutuleja (cujus tamen venter  
rugarum crimine carere solet, neque  
enim crebro completur,

*Mulieres  
audaciter  
jurant  
Plaut. &  
Naso Nec,  
si quem fal-  
las tu peje-  
rare timeto  
Scilicet æ-  
terni falsum  
jurare puel-  
lis Diquis-  
que conce-  
dunt.*

*Grot. man.*

*3. 35.*

*Natta*

*Conf. 205.*

*n. 1. v. 1.*

*Gail. 2.*

*Obs 97. n.*

*12.*

O 5

Esse

*Esse meras tricas meretrices haud male  
dixti,*

*Scorta tamen raras in cute τριχας  
habent.)*

spurium nutriat. Damnum enim quod  
quisque sua culpa sentit, sibi & non  
alii imputare debet. Neque volenti fit  
injuria. Consulesis Mejerum ac Ta-  
borem in collegio Argentoratensi. Ma-  
trem itaque cogemus spurios alere,  
fancit Lex §. 4. *D. de lib. agnosc. &  
alend.* Imprægnator liberatur ab ali-  
mentatione, si alium stupratorem in-  
dicare poterit; quin & à dotis datione,  
puerperii expensis alendoque partu  
absolvendus. videbis apud D. Brouwer  
suffragantium Jctorum sententias.

*Alex. Conf.*  
157. n. 1.  
*Tessaur.*  
Dec. 3, 4.

*L. 1. c. 26.*  
*n. 52. de*  
*jure Cognub.*

*Cui populus pater est, non habet ille  
patrem.*

Vulgo autem conceptus est, qui ex  
ea natus est, quæ se plurium libidini  
prosternit. L. xxiii. *D. de statu ho-  
min.* Cæterum scis quid ego cogitem,  
scortum scorteum:

*Dî tibi dent, nudosque larcs inopemque  
senectam*

*Et*



*Et longas hyemes, perpetuamque  
fitim.*

§. XIII. Ipsa virginitatis commenda-  
tio jure meritoq; omnibus maritis ac-  
ceptissima est. Hippomenes Athenien-  
sium tyrannus filiam meretricem equo  
alligavit, qui omni pabulo destitutus,  
tandem puellam dilacerabat. Augustus  
Julias filiam ac neptem (cum qua Ovi-  
dius stupri consuetudinem habuit, ita  
ut eodem anno cum ea nepte relega-  
tus fuerit) adulterii famosas execra-  
bili exilio mulctavit. Attilius Philis-  
kus & Aristodemus, nec non Pontius  
Aufidius sanguine filiarum, quæ flo-  
rem suum delibare permiserant, in-  
juriam familiæ suæ parentarunt. Sola  
enim virginitas est, quæ semel accepta  
reddi nequit, hæc sola apud maritum  
ex rebus dotalibus remanet. Quapropter  
apud Athenienses castus sacerdos  
virginem & civem ducere jubebatur.  
Pontifici Maximo ne viduam quidem  
uxorem ducere rite & juste permitte-  
batur, ita nec minoris subsellii sacer-  
doti non cataclistam meretricem, non  
de-

*Latius hæc  
probari in  
Apologe-  
tico Li-  
bello.*

*Levit. 21,  
14.*

*Lev. 21, 7.*

*Joseph.*  
*l. 3. c. 10.*  
*Antiq.*

defloratam, nec repudiatam, aut prophanam (servam nempe captivam, cauponariam, stabulariam) legitimo matrimonii nexu sibi devincire fas. quia ut ipse Christi typus, ita ejus uxor ecclesiæ simulachrum. Qui meretricem,

*Can. Apof.*  
*c. 18. adde*  
*c. 17. &*  
*61.*

mimam vel scenicam duxerit, non finitur esse Presbyter, Episcopus aut Diaconus. Quod si exemplis vis quoque probari memoratum, ecce Deus

*Jesa. 8. 1.*

Isaiæ castis verecundisque impertitur gnomis. *Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, velociter spolia detrabe, cito prædare.* Ducere virginem jubetur Isaias in typum futuri mysterii, conceptionisque Mariæ. Ad hanc elucidationem me ultro admovi,

*Lege Epi-*  
*phanium*  
*Hæ. E-*  
*bion.*

& puto Esaiæ effata correspondere Oseæ admirandæ sententiæ: ut itaque germanum sensum ordinem, timidissimo stylo textus verba in partes

*Hof. c. 1.*

citabo. Dixit Dominus ad Oseam: *Vade, sume tibi uxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum: quia fornicans fornicabitur terra à Domino. Et abiit & accepit Gomer filiam Debelaim,*

&

& concepit & peperit ei filium. Nolito  
 ergo mirari rem, primo intuitu abso-  
 nam, sed sequestrare paulisper men-  
 tem, donec alia opera mea legere  
 fruique datum erit. Simus nunc virgi-  
 num corollis contenti. Puellæ, qui-  
 bus freta ætatis effervescente incipiunt,  
 turgentisque caudæ verbera sufferre  
 valent, exponant nomina virginita-  
 tum. Non Veneri pupas date, bullas-  
 que succinctis laribus donatas suspen-  
 dite, aut capita strophio cingite,  
 nec Fortunæ Virili vosmet supplices  
 totas quantasque commendate, sed  
 vosmet probe peculiato juveni man-  
 cipate, eique religioso sacramen-  
 to devincite. Cum pudor ubique ve-  
 stitur, & membra completa sunt,  
 proterva fronte petite legitimum  
 maritum, tum immitis uvæ cupidi-  
 nem tollentibus nullus invidet.  
 Compar gaudeat jugo, nam sine com-  
 pare nulla subsistit virgo. Ne sis ἀ-  
 ρ & nec ὑπέρακμ &, non adolescens  
 mulier, sed adolescentula, sincera &  
 innocens, nondum ætate integra &

ex-

exoleta : tum venustiores gratiosioresque esse soletis : Tum necdum infamata, necdum delatorum calumniis dilacerata, sed honesta liberalique facie, corpore solido & succipleno misericordia & omni favore digna estis. Quin & illud mecum reputo *Jesa. 4, 1.* Virginitatem olim fuisse probrosam, Supremumque legislatorem ne hilum de virginitate mandasse, ne conjugium videretur nauci habere, conscientiiisque infirmioribus religionem injicere, aliquid mandando, quod ad regnum Dei obtinendum, non esset necessarium. Istud mihi crede, præterquam quod non sum jurgiosus, dico veram virginitatem esse thorum castum. Luxuria enim humanæ fragilitati vernacula est : frugi, sobria, casta licet videaris, mi blanda, tamen ureris.

*Est mollis flamma medullas.*

Accede itaque ad hunc ignem, incalces plus satis. Quid istic, inquam, est, mea festivitas, cum sim paratus vel uno basiolo interim recreatus super istum ignem porrectus assari.

Præ-

Præstat itaque nubere quam uri, & <sup>1 Cor. 7, 9.</sup> amore ardens aspera duræ mentis incendia pati. Apostolus equidem videtur asceticam vitam iis, quæ donum continentia habent, persuadere: verum addit, *Ego tibi dico, non Deus.* Nimirum ipse viduus alloquitur eos, qui secundis nuptiis se devovere student. Multa fides & castitas exigunt, quæ extra publicas sunt tabulas.

*Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.*

Existimabant Quirites hanc, quæ post depositæ virginitatis sarcinam, multorum matrimoniorum experientiam haud declinaret, perditæ intemperantiæ cymbalum esse. In Ara Pudicitia, à Virginia exstructa, non nisi spectatæ pudicitia matronæ, & quæ uni viro nuptæ fuissent sacrificandi jus habebant. Audi Imperatoris oraculum: *Pudica Matrona nunquam præterquam semel nubit.* <sup>l. 3. §. 1. §. de sec. N.</sup> Nisi tamen viduæ sint etiamnum nubiles, juvencæ & indomitæ libidinis, consultius erit novis nuptiis tentiginem sopiri. Quicumque do-

domum fundare & fulcire familiarum  
 nititur, quærat uxorem cum Afranio  
 firmamentum familiæ suæ, & sciam  
 abesse ab iis lustris ingenuum proci-  
 Ita vernanti ætate nuptias fecit Se-  
 neca: *Duxi uxorem mature, semper da-*  
*lexi, quod ad omnem me fabulam tutum*  
*præstitit. Naso:*

L. 2. Contr.  
7, 8.

L. 4. El. 9. *Pene mihi puero nec digna nec utilis*  
*uxor*

*Est data -*

Plutarchus vocat matrimonium *re-*  
*quiem portumque salutis.* quia in nullam  
 fabulam incidisse haud leve lucrum  
 Claudianus de Honorio:

*Hinc fuit ut primos in conjuge disce-*  
*ret ignes,*

*Ordinque virum non luxuriante ju-*  
*venta,*

*Sed cum lege tori, casto cum fæder-*  
*vellet.*

Agmen ducunt Panegyristæ ad Con-  
 stantinum effata: *Quo enim magis con-*  
*continentiam patris æquare potuisti, quan-*  
*quod te ab ipso sine pueritiæ, illico ma-*  
*trimonii legibus tradidisti, ut primo ado-*  
*les.*

lescentiæ ingressu formares animum ma-  
ritalem, nihil de vagis cupiditati-  
bus, nihil de concessis ætati volupta-  
tibus in hoc sacrum pectus admitteres.  
Ante legitimos thoros vaga solet  
esse prætextatorum vita, meretri-  
ciis amores nuptiis conglutinans. ita-  
que

Ὅτι γαῖθρον δὲ γυναικᾶν τὸν πότι οἶκον Hesiodus.  
ἔργ. κη  
ἡμ. β.  
ἀγεῖται,

Μήτε τρηκόντων ἑτέων μάλα πόλλ' ἄπο-  
λείπων.

Μήτ' ἔπιθεις μάλα πολλά. γάμθρον δὲ  
ποιῶν θύτθρον.

Ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἠρώη, πέμπτω δὲ  
γαμοῖτο.

Παρθενικίω δὲ γαμῶν, ὡς κ' ἠθεα κεδνά  
διδάξῃς.

Maturus autem uxorem tuam ad do-  
mum ducito,

Neque triginta annis valde multum de-  
ficiens,

Neque superans multum: nuptiæ vero  
tempestivæ hæ.

Mulier autem quatuor annos pubescat,  
quinto nubat.

P

Vir-

*Virginem vero ducito, ut mores castos  
doceas.*

Rectius Apulejus: *Flos ætatis duodecimi  
anni nuptialem virgini diem flagitat.*

Ecc. 42.

Super filiam luxuriosam confirma cus-  
todiam, ne inimicis tuis ansam præ-  
beat opprobria vibrandi. Martianus

L. 9.

Capella:

*Hesperus intactam serves licet usque  
puellam,*

*Nuptam videbis, Phospore,*

*Nec matris lacrymæ, pressi nec viribus  
ungues*

*Nexus valebunt rumpere.*

Comicus: *Color verus, corpus solidum  
& succiplenum, anni sedecim flos ipse.*

L. 10. D.  
Nupt.

*Puellæ anno XII virum pati posse sta-  
tuit jus nostrum.*

*Tum matura viro, tum plenis nubilis  
annis.*

Quæritur cur maturiores biennio fœ-  
minas quam mares nuptiis se agglu-  
tinare sinant leges? Respondet pro-  
letarius: *quia mala herba citius cres-  
cit quam bona.* Ergo frivolum dica-  
culum non ruina terra potuit hau-

ri-



rire? non iratum etiam innocentibus mare? si enim puella sit herba mala, oportet itaque ut ipse, ex ea productus, peior sit fructus. Opus muliebri in ergastulo faciat effœminatus, qui tanquam togæ virilis stolam sumpsit, qui ne vir esset à matre persuasus est. Horus apud Macrobius contendit quovis pignore virgunculas esse calidiores, econtra Symmachus eas frigidiores dejerat. Aristoteles itidem debiliores frigidioresque puellas viris asserit, Hippocrates calidiores jactat: Et cui non dictus Hylas puer? cum qui ingenio cedere velit, rarus erit. Præterquam quod legislator noster activæ Veneri plures attribuat annos, eosque feros & inexhausta pubertate conspicuos; militat & altera apud Comicum ratio:

*Quippe forma impulsit nostrâ, nos amatores colunt;*

*Hæc ubi immutata est, illi suum animum alio conferunt.*

Argute mecastor ab Everardo à Mid-<sup>Conf. 162.</sup>  
delburg dictum, *fæminas earum re-*  
<sup>n. 14.</sup>

P 2

rum

rum esse, quæ servando servari nequeunt.

Macrob. I.  
1, 6.

Næ illæ sunt fortunatæ, quæ cito nubunt, quippe propter votorum festinationem maturius biennio fœminæ quam pueri legibus liberantur. Puellæ etiam maturius operis suis victum quærere quam pueros constat: unde in alimentis legatis fœminæ debentur ad annum XIV, mari ad an. XVIII. discrimen quadriennii luculentum. Puellæ noctes atque diés nihil aliud quam nuptias meditantur & somniant, & tamen verecundæ ad earum mentionem pulchro suffunduntur rubore.

Θυγάτης ἑπιγαμῶ, καὶ ὅλως μηδὲν  
καλῆ,

Διὰ τῶ σιωπᾶν πλεῖστα περὶ αὐτῆς λέ-  
γει.

*Quaquam sileat passim puella nubi-  
lis,*

*Silendo multa solita est intra se que-  
ri.*

Si itaque timida puella, impolluti cor-  
poris integritatem professâ, in capillo  
existens, osculum præbeat pudibundè  
an-

annuatque modestè proci petitioni, L. 12. D. de Spons. L. 16. C. de donat. ant. nupt.  
 censetur consentire. Amoris vehementia patris reverentiam vincit.

Matura & tempestiva *ᾠγαία* apud Aristinætum, *dimidiam reliquit vocem ultimam, in qua nuptiarum mentio, quas etiam aliis loquentibus erubescunt honestæ virgines.* & Cariclea apud Heliodorum, modeste ad procos: *Magis decebat meum fratrem Theagenem pro me loqui, quam mecum viros verba facere.* Adeo impotenti multæ sunt animo, ut præter civium morem atque legem & sui voluntatem patris & matris studeant habere virum, idque spissim summo cum probro.

O! lascivi nubite C.!

*Catull.*

*Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,*

*Tertia pars matri data, pars data tertia patri,*

*Tertia sola tua est.*

Nisi adulta, menstruâ virgine Luna defatigata, noluerit diutius cum feroci ætatis fervore luctari, sed tremendam virginitatem; xxv annis nubilem,

P 3

pri-

primis omnibus jugare voluerit, tum sine parentis consensu virgineo metu turbata, nubere poterit, neque à patre exheredari. Cum res peragi inter parietes nequit, postulatum matris tutorumque Magistratus exaudiat. Cum tamen nusquam libertas tam necessaria sit, quam in matrimonio (nam quis alieno animo amare posset) ideo prius communicatum oportuit cum filia.

*Stultitia est pater venatum ducere invitae canes :*

*Hostis est uxor, quæ invita ad virum nuptum datur.*

Plutarchus in Ἐρωτικῆς, Aufonius in *Cupidine crucifixo* multa infelicis exitus exempla, quorum nuptiæ coactæ, congerunt.

*Ah miser*

*Quanta laboras Charybdi*

*Digne puer meliore flammâ.*

*Callige Virgo resas  
dam flor  
pocus, &  
nova pu  
bri.*

Cum omnis tibi crescit pubes, & in ætatis flore menstrua purgari incipiunt, tum integra tua ætas sine cortice

ce nabit. Consonis itaque votis Cytheream fatigate matrem, ut vagans ejus natus acriores accendat faces, quarum ab æstu incendantur digni vobis proci: tum licitum ipsis carpere virgineum florem, libare genas, niveasque tractare mammillas, dilectasque socias arctis complexibus stringere, & in thalamis sic strenue maritorum res agere, ut post novies transacta redeuntis Phœbi cornua, utribus exurgant non inficiandi parentibus liberi.

*Atque utinam hærentes sic nos vincire  
catena*

*Velles, ut nunquam solveret una  
dies.*

Cum maritis vivere amatote, cum ipsis obitote lubentes, nec ferat ulla dies ut fribusculis sopiatur castus amor, sed annate, perennate multa per lustra, feliciter.

*Felices ter & amplius*

*Quos irrupta tenet copula, nec malis  
Divulsus querimoniis*

*Suprema citius solvet amor die.*

2 *Timoth.*  
4, 21.

Audiamus & Martialem de nuptiis  
Pudentis & Claudiæ, quorum meminit  
& Gentium Doctor.

L. 4, 13.

*Claudia Rufe meo nubit peregrina Pu-*  
*denti;*

*Macte esto tedis, ô Hymenæe, tuis,*  
*Tam bene rara suo miscentur cinnama-*  
*nardo,*

*Massica Theseis tam bene vina*  
*favis.*

*Nec melius teneris junguntur vitibus*  
*ulmi,*

*Nec plus lotos aquas, litora myr-*  
*tus amat.*

*Candida perpetuo reside Concordia lec-*  
*to,*

*Tamque pari semper sit Venus æqua*  
*jugo.*

*Diligat ipsa senem quondam : sed ut*  
*illa marito,*

*Tunc quoque cum fuerit, non vi-*  
*deatur anus.*

Plura exigua, in quibus & commoda  
latere possent, supersunt : ne tamen  
in vepretis hæreat humanioribus suc-

cis

cis madefactus lector, multa ex  
 Briffonio, Hottomanno, Stuckio,  
 Bulengero, Cafalio ac Rosino in  
 rei augmentum vindicata, refutari  
 novisque signis emendari, selectif-  
 que priscorum rituum dapibus augeri  
 possent, Vestalium sacrata à Guthero  
 ac Sylvio exantlata explicari, Uxorum  
 jura, mulierumque privilegia, virgi-  
 num viduarumque fori prærogativam,  
 Senatusconsulti Vellejani adyta, à  
 Carpzovio, Wibelio, Tuschio, Co-  
 varruvia, Tholosano, Fontanello,  
 Molinæo, (taceo reluctantium Syll-  
 gismorum contrarietates à Cujacio,  
 Fabrotto, Balduino, Connano, Cor-  
 rasio, Zoanetta, Pancirollo, Tira-  
 quello, Mornacio, Vinnio, Brou-  
 wero, Hubero, Arnifæo, Petro Fa-  
 bro, nec non Tabore motas & ener-  
 vatas) Sarmienta, Mantica, Mascardo,  
 Menochio, Tepatio, Trentacinquo,  
 Mevio, Christinæo, Berlichio, Chassa-  
 næo, Argentreo, Brunemanno, Ne-  
 vio, viris ut egregiis, sic undecunque  
 doctissimis diu observata & elucu-

222 HADR. BEVERLANDUS  
brata, quorum vineam, messem &  
olivetum inspicere non vacat. Abso-  
lutis nunc feriis, ori loquendi rubigi-  
nem summovere oportet. Ilicet. Si  
interim laxat libertas & animus,  
studebo juvenili manu laborem pro-  
quiratum tentare: Scilicet *Romano-  
rum Tribunal* levato intrabo velo. In-  
terim hæc si tibi placent, si non igna-  
vum, saltem quietum fovete, si dis-  
plicent, delenti ignoscite. Nolo  
semper idem costum capiti suffun-  
dere, adeoque per fidem virginariam  
grato haustu charta virgo, Petronii  
sale & papavere condita, vos perluat.  
Irrigamini itaque.

*Inveniet quod quisque velit: non omni-  
bus unum est*

*Quod placet: hic spinas colligit, ille  
rosas.*

*Macrob. 6,  
4. S.* Hæc est studendi ratio, æmulari ea,  
quæ aliis probes, & quæ maxima inter  
aliorum dicta mireris, in aliquem usum  
oportuna derivatione convertere. Ita fe-  
cit Ovidius, quod in aliis Virgilius fe-  
cerat, non surripiendi causa, sed pa-  
lam

*Seneca in  
Quasor.*



*nam imitandi, hoc animo ut vellet ag-  
nosci.*

Τὸς ἀγαθὸς ἄλλο μάλ᾽ αἰμα μέμφεται,  
ἄλλο ἐπαινῆ,  
Τῶν δὲ κακῶν μνήμη γίνεται ἕδεμία,  
Παρθενίῳ τερεῖν.



*Typothetarum sphalmata, quæ per absentiam Auctoris irrepserunt, æquus Lector hoc modo emendabit.*

Pag.	lin.	
2.	16.	avertatur.
3.	7.	furiente.
	9.	cryptam.
4.	14.	esuriant.
5.	13.	præbent.
6.	15.	mucida.
9.	15.	implicuitque.
11.	10.	Vestalem.
38.	20.	ψυχή.
44.	14.	remulenta.
	19.	afleclis.
46.	21.	nugivendulos.
50.	13.	carnocartilagineæ.
55.	7.	prunas.
56.	24.	perpeussis.
89.	1.	adoratur.
	3.	cœlestis.
94.	14.	osculaque.
97.	15.	βομβύκινον.
100.	11.	contenti.
103.	6.	coccinea.
	22.	adorentur.
107.	6.	ποίησον.
120.	18.	decet.
129.	1.	lassaret.
133.	7.	ornare.
136.	16.	πὺν.
170.	1.	docerent.
174.	8.	Roxane captiva.

# Pelignæ gentes Gloria Naso Eques Rom.

Usta precor : quæ me nuper prædata puella est,  
Aut amet , aut faciat cur ego semper amem.  
Ah ! nimium volui. tantum patiamur amari.  
Accipe qui pura norit amare fide.  
Non mihi mille placent : non sum desultor amoris,  
Tu mihi si qua (fides) cura perennis eris.  
Non est certa tamen quæ forma irritet amores.  
Centum sunt causæ , cur ego semper amem.  
Sive aliqua est oculos in me dejecta modestos ;  
Uror : & infidiæ sunt pudor ille meæ.  
Sive procax aliqua est ; capior , quia rustica non est ,  
Spemque dat in molli mobilis esse toro.  
Aspera si visa est rigidasque imitata Sabinas ;  
Velle , sed ex alto dissimulare , puto.  
Sive es docta ; places raras dotata per artes :  
Sive rudis ; placita es simplicitate tua.  
Est etiam , quæ me vatem , & mea carmina culpet ,  
Culpantis cupiam sustinuisse femur.  
Molliter incessit ; motu capit. altera dura est :  
At poterit tacto mollior esse viro.  
Hæc quia dulce canit , flectitque facillima vocem ,  
Oscula cantanti rapta dedisse velim.  
Hæc querulas agili percurrit pollice chordas :  
Jam doctas quis non possit amare manus ?  
Candida me capiet : capiet me flava puella :  
Est etiam fusco grata colore Venus.  
Seu pendent nivea pulli cervice capilli ;  
Leda fuit nigra conspicienda coma.  
Seu flavent ; placuit croceis Aurora capillis :  
Omnibus historiis se meus aptat amor.


Me

Me nova sollicitat , me tangit serior ætas :  
Hæc melior specie corporis: illa sapit.  
Denique quas tota quisquam probet urbe puellas ;  
Noster in has omnes ambitiosus amor.  
Quot cælum stellas , tot habet tua Roma puellas :  
Mater & Æneæ constat in urbe sua.  
Sive cupis juvenem ; juvenes tibi mille placebunt:  
Cogéris voti nescius esse tui.  
Seu te forte juvat sera , & sapientior ætas ;  
Hoc quoque (crede mihi) plenius agmen erit:  
Spectatum veniunt , spectentur ut ipsæ :  
Junge tuum lateri , qua potes , usque latus :  
Utque sit , in gremium pulvis si forte puellæ  
Deciderit , digitis excutiendus erit.  
Et , si nullus erit pulvis , tamen excute nullum ;  
Quælibet officio causa sit apta tuo.  
Parva leves capiunt animos : fuit utile multis ,  
Pulvinum facili supposuisse manu.  
Profuit & tenui ventos movisse flabello ,  
Et cava sub tenerum scamna dedisse pedem.  
Pallia , si terræ nimium demissa jacebunt ,  
Collige , & immunda sedulus effer humo.  
Protinus officii pretium , patiente puella ,  
Contingent oculis crura videnda tuis.  
Prima tuæ veniat menti fiducia , cunctas  
Possé capi ; capies ; tu modo tende plagas:  
Fœmina quam juveni blande tentata repugnet ,  
Hæc quoque , quam poteris credere nolle , volet.  
Utque viró furtiva Venus sit grata puellæ ,  
Vir male dissimulat : tectius illa cupit.  
Vim licet appellent , grata est vis ista puellis ,  
Quod juvat , invitæ sæpe dedisse volunt.  
Quæcunque est subitâ Veneris violata rapinâ ,  
Gaudet , & improbitas muneris instar habet.  
At , quæ cum cogi posset , non tacta recessit ,


Ut

Ut simulet vultu gaudia, tristis erit.  
im passa est Phœbe, vis est illata forori:  
Et gratus raptæ raptor uterque fuit.

*Si plura cupitis, per subsecivas sub-*  
*inde horas pervolvite*  
Ovidium.





apin + wif. 1/5/56











*Best Rays 1524\**

HENDRISON & BISSET EDINS



